Presentis tpis participia solent cũ substantiuant neutri generis eẽ vt accidens/stinges/antecedens/sequens/decens/dueniẽs/ pre sens/stinens apud rhetores p firmamento rationis Quedaz tñ alterius generis sunt masculini:vt oriens/occidens/pfluens p flumine:z ofluens/quo duo flumina dueniunt/Feminini.Continens p terra:que nõ est insula:vt de sicilia ad stinentẽ paz intercapedinis est.Plini⁹ maior li/ bro.vi.Olymnũ a proxima continente abest. vñ. distat passus. Animans quoq; vt Cicero Reqrat/atq; appetat ad quas se applicet sui generis ani mantes .Nõ nunq; tamen hoc nomen in neutro genere reperitur: sed ma gis in plurali.Consonãs pro littera non vocali.Pregnans vero vnde sit participium:nescio.Alia quoq; quedam huc pertinentia in nostris de phi losophia libris omodius explicantur:

q̃ participium futuri temporis in nomen transit

Et illud quidem transeundũ est:quemadmodũ participiũ passiuũ futuri temporis transit in nomen:amandus/dignus amari:colen/ dus/dignus coli:ita et actiuũ.Seneca de naturalib⁹ questionib⁹. Nullã aũt mentionẽ fecit cometaz/nõ pretermissurus:siq̃d explorati apũ illos cõperisset:pretermissurus dixit pro eo/quod est talis: qui pretermit/ teret.Nec tempus innuit:sed hominis qualitatem/atq; animi voluntatem Quintil.in.xi.Neq; omnino huius rei meminit vsq; poeta ipe pfecto non taciturus de tanta sua gloria. Non alio modo dixit nõ taciturus: q̃ per participium passiuũ iam dorsum in nomen.vt modo dixi tacendũ dignũ taceri:sic neq; omnino significauit hoc vsq; poeta ipe pfecto rem sibi non tacendã.Et adhuc Plini⁹ iunior itaq;. Partẽ oneris tui mihi vendico: et tanq; parens alter puelle nostre confero quinquaginta milia numũ plus collatur⁹:nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari pos se confiderem:ne recusares

De repetundis et repetundaz. Capitulum xxxiiii

Repetundaꝝ/et de pecuñjs repetundis non habet alios casus: et dubitari põt participiũ ne sit:siue nomen:an gerundiũ Verres accusatus est repetundaꝝ:vel de pecuñjs repetundis Cũ dico repetundaꝝ subintelligo pecuniaꝝ.Quo noie pecunie oñia quibꝰ diuitie constant:contineri dicimꝰ.Hec accusatio ꝑprie cadit in eos:qui cũ forent magistratus ꝓuincialibus aut vi/aut dolo eripuerunt pecunias/aut vasa p/ciosa/vestem.frumentũ/nauigia/numos.Mutaꝫ aũt e in v.repetendaꝝ cũ erat dicendũ.Sed tertia diugatio ꝓter ceteras hoc iuris habet: vt litteram hanc immutare possit:sicut accusatiuo plurali tertie declinationis licꝫ mutare eandẽ vocalez in i/dũtaxat in his nõibꝰ:quoꝝ gtũs pluralis exit in iũ:vt Seruio placet.nam Prisc.plura ꝓcepta dat. Salustiꝰ in inicio catilinarij.Omnis homines: qui sese studeñt prestare ceteris animantibꝰ: sũma ope niti decet:ne vitã silentio transeant.Ita hoc siue participiũ nomen ve siue gerundium/a tertia diugatõne natũ mutauit e in u:vel ob hoc saltẽ vt differret ab illo quod dicit ad res repetendas:vt sunt missi legati ad res repetendas:quo significatur aut principi/aut populo erepta esse vel pecoꝝ vel hominũ/vel locoꝝ ac terraꝝ/agroꝝqꝫ corpora:

Finit liber primus

secundus

Laurentij valle viri disertissimi et oratoris clarissimi de rhomani sermonis elegantia Liber scds

Prohemiū in quo de vtilitate operis. deq; honesta autoris audacia ac necessitate ad hoc opus scribendū disseritur

ACtenus de nomine verboq;. et ex his duobus composito participio. Nunc de alijs partib⁹ orationis quid singule proprietatis habeant: disseram⁹. Postea de eaꝝ disputaturi complexu. De quo ego priusq̄ dicā: non puto mihi dissimulandum: non defore qui meos hos ꝯmentarios anteq̄ legant: sumant ve in manus: putent respuendos tanq̄ aut ea q̄ haud quaq̄ vetustas statuisset digna memoratu continentes. aut vetustatem ip̄aꝫ partim negligentie partim imperitie cōdemnantes: ꝙ preterisset que essent in primis (vt ego sentio) digna: q̄ litteris mandarentur: Aut potius vtrunq; facientes: ꝙ et inepta quedā minimeq; memoratu/digna precipiā: et veteres illos perfectos sane/et ꝯsūmatos existimē minus cōmode precepisse Ego vero (vt ad illud primū respondeā) nō video cur hāc: de qua loquor materiā se indignā existimassꝫ aut. C. cesar qui de analogia: aut messala: qui etiā de singulis lr̄is volumina cōscripsit aut Varro qui de ethimologia minutissimas tractauit q̄stiones: aut marcellus pompeiusq; lingue latine indagatores: aut. A. Gellius public⁹ pene lr̄aꝝ censor: qui vt magnū quoddaꝫ annotasse se preter ceteros apud Ciceronē existimat: explicauerūt ꝓ explicuerūt: et esse in hostiū ptātez/ ꝓ potestate: que ipse indigna ducerem opere meo: Aut macrobius gellij emul⁹ qui om̄es libros videt̄ excussisse: vt aliquid in latino lingua: quod aurib⁹ hoim dignū esset: pro sua virili parte ꝯferret in mediū: aut tres illi tanq̄ triūuiri/de quoꝝ principatu inter eruditos querit̄ Donatus: Serui⁹: Priscian⁹: quib⁹ ego tantū tribuo: vt post eos quicunq; aliq̄d de latinitate scripserunt: balbutire videantur. Quoꝝ primus est Isidorus indoctoꝝ arrogantissim⁹: qui cum nihil sciat: om̄ia precipit. Post hunc Papias: alijq; indoctiores. Ebrardus. Hugutio. Catholicon. Aymo: et ceteri indigni qui nominentur magna mercede docentes nihil scire: aut stultiorem reddētes discipulum/q̄ acceperunt. Multos transeo tum indoctos quos numero comprehendere non licet: tum doctos inter quos sunt Pedian⁹ et Victorinus: quoꝝ alter ad orōnes: alter ad rhetoricos Mar. Tullij ꝯmenta

ria cõposuit. Sed prior vt etate: ita doctrina longe antecedit. Postremo nõ video: cur aliquis de grãmatica/ac lingua latina ponens/hec suo officio minora existimet: quibus nihil sane est in grãmatica et latinitate prestantius: vt primus liber potuit esse documento. Quod cum ita sit: dicaz ne eos aut imperitia hec omisisse: aut negligentia: minime vero. Sed. C. cesaris/ ac messale libri interciderunt ipor tempor culpa. Varronis vero de lingua latina dimidiati reperiunt: in quibus fortasse ea: que ego preci pio continebant. Ceteri aũt fieri põt: vt que a superiorib⁹ tractata nouissent sibi non attingenda existimarent. Deniqz multi scriptores ad nostraz vsqz memoriã non peruenerunt. Neqz vero aliquis hoc loco expectet: vt dicaz non esse contumeliosum prioribus: si quid ad illorum inuenta posteriores adficiant. Nulli vnqz ab antiquis ad eundẽ cursum conficiendũ viam fuisse precluſam. Nihil vsqz quaqz pfectũ. Nõ oĩa posse omnes. Nõ dicã id: qõ Prisc. ait artis grãmatice vetustissimos quoqz autores maxime errasse: recentissimos vero et ingenio/et diligentia longe prestitisse. Jo dicã: qõ vere possũ dicere: me nõ tam mea voluntate: que ardẽtissima erat: ad hoc opus descendisse: qz prudentissimor/atqz amantissimor consilio cũ aliorum tũ precipue aurispe/et leonardi aretini: quor alter grece legendo: alter latine scribẽdo ingeniũ excitauit meũ. Ille pceptoris (vni cm̃ mihi legebat) hic emendatoris: vterqz parentis apud me locũ obtinẽs: ad qs cũ separatim de proposito animi mei retulissez degustationeqz quandã opis demõstrassem: vterqz p se: vt pgerem: hortat⁹ est. Et vt se auctore ederẽt: iussit: vt iaz integr mihi nõ esset: illor autoritati repugnare: si repugnare voluissem. Sed currentẽ (vt dicit) incitarunt. O viros omni laude dignissimos. O de litteris/ac de litteratis optime meritos/nõ veremini ne alĩ eo: quo p ueneristis (licet pqz arduum est) pueniant. sed hortamini: incenditis: q quasi de alto manũ scandenti porrigitis. Quare querentib⁹/atqz admirantib⁹ audaciã meã/ita responsũ velim: me sũmis viris suadentib⁹ hoc op⁹ et cõdidisse/et edidisse: Quãqz (qõ ad cupiditatẽ meã attinet) que tandẽ secordia atqz ignauia mea extitisset: si omisissẽ: vt ali⁹ hanc laudẽ m̃ qualẽcũqz priperet. Sũt em̃ q nõnulla hor q a me pcipiunt: vel de me/vel de auditorib⁹ meis audita (nunqz em̃ ista suppressi) in opa sua retulerint: festinentqz edere: vt ipi pores inuenisse videant. Sz res ipa deprehendet: cui⁹ dñi vere sit hec possessio. Quor vnius libellos quosdã p amicicia cũ legendos eo psente cepissem: deprehendi qdaz mea. Et q me amisisse nesciebam: furto m̃ sublata ignoui. Parco illi⁹ nomini. Erat aũt loc⁹ de/p/et qz in oppositiõe De qua re primo libro disputaui. Et de quisqz cũ adiungit suplatiuo. Negligenter ille quidẽ: et inscite tractat⁹: vt scires aliunde decerptũ: nõ ex se

ꝓlatū:et auditū/nō excogitatū esse Conturbat⁹ tñ sum:et inquā homini/ hāc ego elegātiā agnosco:et mancipiū meū assero:teqꝫ plagiaria lege cō uenire possū. At ille erubescēs/ioco tñ atqꝫ vrbanitate elusit:ꝙ diceret/ vti reb⁹ amicoꝝ licere:vt suis. At istud inquā abuti est: nō vti. Nihil em̄ mihi reliqui fit:vbi tu hui⁹ rei/in qua ipse elaboraui:palmā semel occupaueris. Tum ille etiā vrbani⁹:ꝙ mal⁹ parens essem:q̄ filios/q̄s genuissem:et edu/ cassez e ɔtubernio eijcerē. Jp̄e tū misericordia/tū amicicia nr̄a ad se domū suā colligeret:atqꝫ educaret ꝓ suis. Destiti in illū stomachari/ intelligens multo magis mihi bona mea negligenti:q̄ꝫ illi bona ab alijs neglecta col ligenti vitio dandū esse. Quare q̄s nō videt:nō inhonestū esse ea me man dare lr̄is ex me inuenta:q̄ alij ne furto quidē sublata/ turpe sibi ducūt/ scri ptis suis inserere? Adductus sū igit̄ ad hoc op⁹ ɔponendū nō modo m a gnoꝝ hominū ɔsilio:sed etiā necessitate. Nūc ad inceptū redeundū est:

Incipit liber secundus Capitulum Primum

De illis pronominibus Mei Tui Sui

Multis in locis Priscian⁹ testatur nihil interesse/an vtamur p̄ mitiuo/an deriuatiuo in illis ꝓnominib⁹, mei/tui/sui. Quid ē em̄ inquit meus est fili⁹:nisi mei fili⁹? Et alibi mei ager est:et mei agri instrumentū. Et mei agro dedit. et mei agrum colo Similiter mei agri/et mei agroꝝ/et mei agros dicim⁹. Simi liter tui agꝝ/et tui agros/et sui agꝝ/et sui agros. Nostri agrum/et nostri agros. Vestri agꝝ et vestri agros. Et alibi. amat ille suū filium/ et amat sui filium. Benedicit suo filio/et benedicit sui filio. Petit a me vt prosim suo filio/et prosim sui filio. Et in alijs adhuc locis nisi hac ratione(vt ip̄i⁹ vtar verbis)si ipsa tamen possessio in possessorem faciat transitionem: non est congruū vti pro genitiuo primitiui possessiuo: quia vim habet compositi greci:vt Ciceroni redit suus filius:non satis cōmode pro hoc dicit̄ Cice/ roni redit sui filius. Nec Ciceronem laudat sui filius:pro suus filius et simi lia. Quia nec apud grecos bene dicitur:nisi more attico

ꝓ simplici accipiat̄. In quo Priscianū. falli vel ex hoc argumentū est:ꝙ nullla(vt solet) fere autoꝝ exempla attulit. Et de ɔtrario illoꝝ vsu reticuit. Ego āt(qm̄ de his triū ꝓnominū gtis inter me/et Prisc. q̄stio est aliq̄nto alti⁹ repetā de natura genitiui:et de vsu doctissimoꝝ autoꝝ dispu tabo. Et licet nō pauca in hanc rem m̄ dicenda sunt: non ꝓsequar tñ par/ uula et minuta quedam:vt tot verbis ille fecit: sed que eruditissimis eua/

dere volentib⁹ sint gratissima. Que cū ignota fuerint Prisciano: declarant eū nō satis stilo oratorio fuisse exercitatū. Genitiu⁹ omnis (vt taceaz siqui sint alij modi) aut actiue: aut passiue accipit. Dde etiaz possessiue: qō pene p actie accipio. Actie vt puidētia dei/bonitas dei. passiue vt timor dei cult⁹ dei. Ibi de⁹ puidet et benigne agit: nō sibi puidet/et benigne fit. Ibic timet/et colit: nō timet nec colit. Possessiue: vt sedes dī/regnū dī. Atqz vt i hmōi orōe intellect⁹. apert⁹/atqz vn⁹ ē: ita i illis ambigu⁹/et anceps. Amor dei: caritas patris: suspicio vxoris: dubiū ē de vtro loquaris: an de amore: quem deus in nos habet: an de eo: quem nos in eum. de caritate pris in filios: an filioz in patrē: de suspitione maritali: an de suspitione vxoria. Taceo p aliqñ ambo hi genitiui eidem orationi adsunt. vt in Catone maiore. Cicero. Quid de publij Licinij Crassi et pontificij/et iuris ciuilis studio loquar? Crassus studet: quod est actiue. Jus (vt sic dicā) studet: quod est passiue. Jteꝝ de officijs libro primo. Quare. L. sylle. C. cesaris pecuni/aꝝ translatio a iustis dñis ad alienos/nō debet liberalis videri. Tria igitur pnomina: de quib⁹ agim⁹: sola omniū binos gtōs sortita sunt: vnos mei/tui/sui: alteros qui iam exoleuerūt: mis/tis/sis: in quoꝝ pene locū successerūt deriuatiua: meus/tuus/suus: hoꝝ binoꝝ gtōꝝ antiquitati placuit alteros actiue significare: alteros passiue. Nam illa mis/tis/sis (vt coniectura ducor) actiue: siue possessiue significabant. Ut hec ipa: meus/tuus/suus. vnde pronomina possessiua vocitantur. Ennius libro scdo. Ingens cura mis concordibus equiparare. Plautus in penulo. Da diē hunc sospitem rebus mis agendis. Quāuis idem in milite/et iteꝝ in mercatore/tis p tui videri possit accipe: tñ hic cū Ennio mis posuit p meis: nō p mei. Qō nō licere fieri autoritatē ex autorib⁹ repetam⁹. Nec accipi vnqz mei/tui/sui/nisi passiue. M. Fabius. Et (qō inter ista difficillimū fuit) amore mei vicit etiā et matrem suam. Cicero. Quod desideriū tui ferre non posset: q me tui pudet. Virgili⁹. Quiqz sui memores alios fecere merendo. Terenti⁹. Ihoc vnū scio: hanc meritam: vt memor esses sui. Non significatur hic amor meus: quem in alterum habeo: sed (vt sic dicam) de me quem alter habet: et quo amor. Jtem non desiderium tuū: sed alterius de te: et pudor nō tuus: sed de te: et memoria non sua sed de se. Similiter in plurali duntaxat duorū. Nam sui nō variat vocē genitiui pluralis: ac ne singularis quidē vt prisciano placet. Sis eñ nō repitur: vt mis/tis. Ideoqz opinor et hec duo illius exemplo pariter intercidisse: cum presertim in vicem eoꝝ succedant deriuatiua. Habent itaqz hec duo pronomina in plurali nr̄m/et vr̄m: que respondent ad illa mis/et tis. Et item nostri et vestri: que respondēt ad illa: mei/et tui. Ut nemo nostrum: nemo vestrum: non autem: nemo nostri: ne/

mo vestri. Rursus habete curā nr̄i sicut habem⁹ curā vestri: nō aūt habete curā nr̄m: sicut habem⁹ curā vr̄m. Siq̄s exempla desiderat: sibi facile repi re poterit. In diuersa opinione Serui⁹ grāmatic⁹ est: q̄ ait. Nostri autē et vr̄i gtūs pl̄is est antiqu⁹: et ex greco est descendēs: sicut singularis ē mis et tis. Et hoc ē: vñ dicim⁹ Nr̄i causa fecit. hoc est nr̄m. Forsitan A. Belliū (vt postea apparebit) est secut⁹. Sed hos et Priscianū cū alijs in errorem (vt auguror) induxit: qđ interdū inueniūt hec nō ad aliā referri ꝑsonā: ꝫ reciproca esse. vt ego om̄ia facio amore mei. tu istud fecisti gr̄a tui. Oblit⁹ q̄ꝫ sui est Ithac⁹ discrimine tanto. Sed nō fuit causa: cur errarent. Naꝫ ita in his passio est: vt in illis. Nec alio modo/ aliq̄d ego facio amore mei ip̄i⁹ q̄ꝫ tu amore mei. vt em̄ diligor abs te: ita diligor a me. vt est apud ouidia nū narcissū. Vror amore mei. Et tu sicut ab altero. ita et a te ip̄o diligeris Et sibi quisq̄ꝫ amic⁹ est: vt alteri. Est alia preterea causa: cur errarent: ꝙ vident hec que nos distinxim⁹ ꝑ actiue/ et passiue in multis indifferenter poni. vt causa mea ⁊ causa mei: fama mea ⁊ fama mei. imago mea/ ⁊ mei. memoria mea et mei. copia mea et mei. potestas mea ⁊ mei. vsus vtilitasq̄ꝫ mea et mei. Interdū etiā ip̄a deriuatiua ꝓnoia passiue accipi: vt apud Te rent: Vt apparēt facile/ desiderio id fieri tuo. videlicet ꝙ tu desideraris: nō ꝙ desideras. Quale est accusatio mea: et crimen meū: cū accusor crimi nis/ quasi accusatio mei: et crimen mei. Sed nō satis sollertis fuit: tā facile falli. Nam hoc vltimū vbi passiue positū est ꝓnomē deriuatiuū (qđ q̄dem raꝝ est) nō magis ɔtra me facit: q̄ꝫ ɔtra veteres om̄es: q̄ hec ꝓnoia pos/ sessiua vocauerūt: id est significantia possessionē. qđ nūc nō faciūt: qđ (vt dixi) raꝝ est. Ideoq̄ꝫ non passim hoc reperias. Nō em̄ dicas ꝓ eodē do/ lorē tuū/ et dolorē tui: vt dixit Terenti⁹. desideriū tuū/ ꝓ tui. Qđ scꝫ ip̄e nō dicerē. Veꝝ qñquidē nō infinita sunt hec noia: que natura quadā ab vsu alioꝝ recedūt: nō grauabor de nōnullis singillatim dicere: dū nō grauent̄ audientes: legētesq̄ꝫ hec audire vel legere. Dicā tñ breuiter. Et res digna scitu in primis: in qua videm⁹ maximos etiā esse allucinatos. Primū ē cau sa mea venisti/ et causa mei. Causa mea accipit̄ possessiue/ eo modo: q̄ via mea venisti: pecunia mea fecisti sumptū. Iter meo sūptu fecisti. Causa mei vero passiue eo modo quo beniuolentia mei. Mod⁹ tñ prior est vsitatior. Quid aūt de hoc Serui⁹ idem sentiat: postea videro. Fama mea: et fama mei/ eiusdē rationis est: et mea fama frequēti⁹ dicim⁹. Imago mea scꝫ que mea est: vt statua mea/ et forma mea. Imago mei nempe que de me est. Sed prior modus vsitatior. Hec que sequūtur in vtranq̄ꝫ partem frequen tiora: vt alteꝝ tamen/ alterius sensus sit. Memoria mea actiue: qđ ego re/ cordor. memoria mei: quod alij de me recordantur: vel mentionē habent.

Sepe etiã possessiue eo modo/quo fama mea. Dolor me⁹:quẽ ip̃e patior dolor mei:quẽ ali⁹ de me patit̃:vel forsan ego ip̃e: simq; dolens meaz vicẽ sicut dicim⁹ misereor mei. Copia mea possessiue:quã ego possideo. Copia mei passiue:qua ego possideor. Ut faciã om̃ib⁹ copiã mei: nõ meam. Meretrix fac̃ om̃ib⁹ copiã sui:nõ suã. Potestas mea:quã habeo.potestas mei/qua habeor. Nec pulcre dicas alteꝝ ꝓ altero.vt tu vides potestatez meã:quanta est:nõ mei. Habes ptãtez mei/nõ meã:nisi aliud significet ꝓ eo/ꝙ habes eandẽ similẽ ve ptãtez.vt apud Ciceronẽ.bello marsico Quitus Octaui⁹ om̃ib⁹ faciebat sui ꝯueniendi ptãtez.vtilitas mea:aliud est q̃ꝫ vtilitas mei. Ibi possideo:hic possideor. Quintilian⁹. Sed vt aliq̃d prestaret patrie vtilitas mei:id est de me. Nã fieri põt vt in eadẽ re non sit vtilitas sua alicui cũ vtilitate sui. Quidã legũt vtilitas mei. Idem Quid nunc agam?aut quẽ vltra esse vsũ mei dijs repugnantib⁹ credã? Usus inq̃ꝫ est nõ meus:sed ex me alioꝝ. Adhuc idem. Presens quidẽ illa ꝓtin⁹ redditur merces:ꝙ omnib⁹ quib⁹ insidere:odorem mellis inspirant:et breui ꝯtactu vim sui relinquũt:vim sui non suam/sed ex se. Quomodo te captum amore mulieris.illa mallet habere copiam sui:q̃ꝫ suam. Fastidiũ mei:quo ego ab alijs fastidior:fastidiũ meũ quo ego alios fastidio.vt idem. Seu mulier omnibus exposita mortalib⁹ vanitatẽ fastidio mei/despectuq; captauit Hec sunt et his similia nõ tñ plurima:que ancipitẽ naturam habent. Cetera vero minime Non em̃ sic dicim⁹:pulcritudo mei:fortitudo tui:longitudo sui:vt imago sui.non prudentia/nõ ingeniũ/nõ sapientia/ non ꝓbitas non virtus/non innumerabilia Q: si tam parua res eos mouit:debuit e diuerso illud magis mouere:ꝙ quedam que et ip̃a non multa sunt: habent ancipitem significationẽ:sed quaz nemo nisi cecus non discernat:vt pars dimidium/medium/membrum/quid/ aliquid/multum/ et siqua alia. Quis enim non videat:cum dico/hec est pars mea: non de corporis mei parte intelligi.sed de hereditatis?Et iterum:hec est pars mei: non de hereditate:sed de corpore?Manus pars mei est:non mea: Fundus pars mea est: non mei. Dimidium tui maius est:q̃ꝫ dimidium sui:profecto de corpore intelligo. Dimidium tuũ maius est:q̃ꝫ dimidium suũ /de preda/aut de cibo/ aut de successione/alijsq; similibus intelligendũ est. Mediũ tui tangã: non mediũ tuũ. E medio mei prodijt:non e medio meo.vt Auferã iniquitatez e medio tui israel. Membrũ cũ pro patre accipitur: eandem rationẽ sequitur.vt hic puer membꝝ mei est:quasi pars mei. Sin pro membro aliquo/ et in suo significato:ita accipitur:vt caput vt manus/vt pes. Hic puer mẽbrũ meũ est:quasi sit vt caput/et manus. Hic digitus membꝝ meũ est: nõ mei. Itẽ quid mei tegisti?quid tui vidi?aliq̃d tui virgo perdes:si venatum

cū adolescētulis ꝓbis. Nō aliquid tuū. nisi dicam⁹ tui a neutrali genere/ vt Cicero de oratore li. iij. Ex quo vereor: ne nihil sim tui: nisi supplosionez pedis imitat⁹/id est de tuo/nō de te Ulixe siquid tui poliphem⁹ ꝑhendet: id oīe deuorabit: mei nihil attigit. Quicqd eī attigisset mei: statim cōtri uisset. Multū mei ille auferre pōt: sed plus tui. plus inqz de te/et de me: nō de tuo/et de meo. Itē quicqd melibee diripuisti: aliquid meū fuit: nō mei. Nūc redeo ad Seruiū: qui ait. tui causa feci/et tua causa feci/ discretionem hāc habēt: vt tui causa tūc dicam⁹: si aliqd ipi/ ad quē loqmur ꝑstiterim⁹ vtputa/tui causa te defendi. Virgili⁹ in. xij. Vict⁹ amore tui gnato san/ guine vict⁹ Cōiugis: et meste lacrimis vincula oīa rupi. Tua vo causa: cū alteri aliqd alteri⁹ otemplatione prestam⁹. Ut tua causa mancipiū tuū defendi. Si Seruiꝰ tm̄ de hoc vocabulo causa loquit: et nō i vniuersū de oīb⁹ huiusmodi: nō recte attulit exemplū alteri⁹ vocabuli: presertim non nihil natura differentis. Sin vero de oīb⁹: nō pōt vna lex dari diuersis: vt supra ostendim⁹ Si tū lex est/ et nō poti⁹ otra legē omniū vetez. Nam (vt ego dicebā) causa sepius cū ꝓnoīe deriuatiuo copulat. Dtqz hoc qui dē indifferenter siue aliena sit causa/siue tua. Veluti. siqs dicat: Epicurus vult oīa cuiqz agenda esse causa sua: mihi mea: tibi tua: illi sua: nobis no stra: vobis vra: non mihi tua aut sua: nec tibi mea: nec illi nra: nec nobis sua: nec vobis nra. Hic nihil opus est admiscere primitiuū. Sed ne fine ex/ emplo loquar (quod ipe fecit) vno ero otentus/ sumpto ex Quintiliano. Mea depugnasti causa: tua peristi. Dtqz hoc/quod Seruiꝰ precipit nobis ipe ostanter vsus est/neminē te men secutus Quale est illud in. vij. Eneidos Non spe salutis: sed mei causa: Et in. vij. Hec signa mei causa fiunt Et in ix. Vult eī intelligi sui causa matrem secutaz. Dez quid miz de Seruio cum A. Gellius: et quidem antiquior non modo nullū exitum in hac questi one potest reperire: sed etiam non optime sentit! Ita eī inquit Cur igitur Terentius penitet nōstri: nō nostz: Nihil hercle mihi venit in mentem: nisi autoritas quedam vetustatis/non minus anxie/nec superstitiose loquētis paulo post. Sed procul dubio qui rectissime loqui volet: nostrum potius dixerit/qz nostri. Et idcirco importunissime fecerunt: qui in plerisqz Salu/ stij exemplarijs scripturaz istam sinceriſſimam corruperunt. Nam cum ita in catilina scriptum esset. Sepe maiores nostz miserti plebis rhomane: nostz oboluerūt/et nostri scripserūt. Ex quo in plures libros mende, isti⁹ soboles manauit. Tu A. Gelli. de gtō nostri loqueris: nō de ntō nri plis numeri: Utrū rectius! Dt exemplū Salustij (vt mihi/et ceteris placet) in nominatiuo casu/nihil ad rem facit: neqz ad exemplū Terentij. Et qui (vt tu vis) Salustij scripturā corruperūt: nō in genitiuū mutauerūt sonū illū:

sed in ntm̃.p quem casum non audeas tu dicere/corrupte nos loqui Imo (quantũ ego sentio) incorrupti⁹. Est em̃ vna eadẽq; vox nr̃i ab eo/quod est ego genitui casus: et nominatui ab eo qd̃ est nr̃. Neq; vero ego repu/gno. D. Gellio dicenti mutatã scripturã esse a nr̃m in nr̃i. Ntm̃ tñ non gtm̃ Nã neq; aliqs in gtm̃ mutasset. neq; ratõe mutasset. Quin poti⁹ fateor. et hoc libenti⁹: p vnicũ illud exemplũ: qd̃ ipe ex Plauto ptulit: fortasse men dosũ est/dicẽs. Duox laborꝰ hoim parsissem libens mei te rogandi/et tui mihi respondendi. Dit aũt. D. Heli⁹. mei em̃ hoc in loco Plaut⁹ nõ ab eo dixit qd̃ ẽ meus: ꝫ ab eo qd̃ est ego Itaq; si dicere velis patrẽ mei/p pa trẽ meũ (qd̃ greci modo dicũt inusitate q̃doꝫ) ꝫ recte pfecto/ea q; ratõne dicas: qua plaut⁹ dixit laborꝰ mei/p laborꝰ meos Nolo equidẽ tã ofidenter (vt facit gelli⁹) scripturã mendosaz dicerẽ: et affirmare qd̃ iner ploratũ habet. Taceo aũt p damnat fortassis immeritos: q̃ nec corrupe rũt scripturã: et meli⁹ sic: dici putauerũt. Quero cur verisimili⁹ sit aliqs scri pturã illã mutasse Salustĩ: in qua nihil absurdi erat: q; hãc Plauti: q̃ con tra grãmaticox leges/qualis est Seruiꝰ q Prisc. q̃ hũc poetã in schola lecti tabãt: facere videbaꝫ? si ita diceret: duox laborꝰ hoim parsissez libẽs. meo te rogãdi/et tuo mihi respondẽdi Nulla nanq; grãmatice rõ videt posse hoc tueri Quin quotiẽs p indiuidua exponim⁹ singillatim/ qd̃ dixeram⁹ p vniuersũ: eodẽ casu vtamur: sic duob⁹ hõib⁹ laborẽ detraxi? necesse est: vt dicam⁹ mihi scz et tibi: non aũt meũ/et tuũ. Tñ (vt ego sentio) in gtõ pmi sum est: vt affert hic accusationẽ duox hõim mei/et tui: siue meam/et tuã: Quale hoc loco fit: sed dicendũ poti⁹ p pnomina deriuatiua: q; possessio siue actio significatur: non passio. Quod ego mutatum esse nolo dicere ab ipo. D. Gellio: sed grãmatice professoribus: quorum nihil est supercilio su perbius: nihilq; improbius: et ad emendandos libros/ vel corumpẽdos potius magis auox. Preterea Plautus licẽtia verbox potest dici vsus in qua fuit plane nemo liberior. Postremo quid habet momẽti ex vno au tore et eo poeta afferre vnũ exemplum in tanto numero omnis generis autox: qui adeo refugerunt dare actiuam significationẽ his tribus geni tiuis primitiuox: vt eos mutauerint in alterã vocẽ: genitiuis aliax dictio nũ cũ quib⁹ diuncti erant natura repugnante minime mutatis: vt Cicero in gabiniũ/et pisonẽ. Dico mea vni⁹ opa rempublicã esse liberatã Idẽ ad atticũ. Soli⁹ em̃ meũ pcẽm corrigi nõ põt. Idez p murena. Ex tuo ipsius animo dieturã ceperis. Non dixit/ac ne dicere quidẽ potuisset/ mei vnius opera: mei solius peccatũ: tui ipi⁹ animus. Et in plurali Quintilianus. De inde cum satis vires eorum explorauerint: sue iporum fiducie permittunt Non dixit sui ipox fiducie. Quid multis! Cum etiam apud recentiores

(de xp̄ianis loquor) hoc sit obseruatissimum: vt in p̄s. xlix. et. lxviij. ſm he
braicā veritatem quoꝝ alter ita incipit. Dñe clamaui ad te: festina mihi:
exaudi vocē meā clamantis ad te. Alter sic. Exaudi de⁹ vocē meā loquē
tis: a timore inimici seruauit animā meā. Et in. lx. ſm aliā e greco translati
nē. Dñe memorabor iustitie tue soli⁹. Est aūt soli⁹ nō feminini generis/ sed
masculini/ vt ex greco apparet. Referr̄ q3 ad dñm: nō ad iustitiā. Itē libro
regū secūdo. Sustulit de latere meo ancille tue dormiētis. Et in euāgelio
Luce. Et tuā ip̄i⁹ animā gladi⁹ ꝑtransiuit Nec desūt quidā imperite docti
qui conant̄ illud exponere: tuā ip̄i⁹ animā/ aliud esse q3 tui/ si tui dicere lice
ret. Hoīes ignari nō solū theologie: sed etiā lr̄aꝝ. Interrogēt grecos: et
repient penes eos/ vñ nos sumpsim⁹/ tui esse/ nō tuā: cum illi nō habeāt in
his trib⁹ ꝓnominib⁹ quā nos elegantiā Ideo apud eos est pater nostꝝ
vel nostri: qui es in celis. sanctificet̄ nomen tui. adueniat regnū tui. fiat vo
luntas tui. sicut in celo et in terra. panē nostri: vel nostꝝ da nobis hodie. ⁊
dimitte nobis debita nr̄i vel nr̄m sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄i vel
nr̄m. Que nos ne barbare loq̄remur: mutauim⁹ in ꝓnoia deriuatiua. Ex
quo apparet nō modo illud. A Gellij maiores nr̄i ꝑ gtm̄ ɔtra grāmaticā
veꝝetiā illud maiores nr̄m ɔtra vsū eē: poti⁹q3 in tali genere vtendū deri
uatiuo nr̄i q3 p̄mitiuo nostꝝ: licet hac ratione nō vteremur: nec vsq3 ɔtra
riū exemplū repire ɔtingit nisi vnū in epl̄a quadā Ciceronis ad Curionē
sic dicētis. Eā aūt vni⁹ tui studio me assequi posse ɔfido. qđ et si defendi
posset. studio ꝓ gr̄a et fauore vel amore alioꝝ erga te. vt apud Oratiū ad
Juniū. Ne studio nr̄i pecces. tñ malim dicē. id factum esse vicio librarioꝝ
Ac ne semꝑ culpā reijciā in librarios falso: dabo argumentū: cur et prius
et nūc merito in illos impetū faciā. In ꝓxia statim epl̄a legit̄ bis Tyrāno
publio lentulo ꝓ eo qđ est tribuno plebis. Et in precedēte libro ad lentu
lū: qui est illi⁹ opis prim⁹: bis etiā idē viciū est in secunda/ et. xi. epl̄a. Et cū
om̄ia (vt reor: maximā em̄ partē vidi) exemplaria: que in italia sūt: mēdo
sa/ et deprauata hoc vicio essent: null⁹ tñ tantū viciū aiaduerterat. Itaq3
sicut nūc illud emendam⁹: ita hoc quoq3 emendare: ⁊ in pristinā sincerita
tem restituere audeam⁹: sic eam rem tuo vni⁹ studio me assequi posse confi
do. Nec alia causa factū est: vt Teren. dixerit: salu⁹ sum meo presidio: atq3
hospitis et nō presidio mei/ atq3 hospitis Quē imitari petrarcha si sciuisset
nō titulum opi suo indidisset de sui/ et alioꝝ ignorantia: sed de sua. Aliud
nanq3 est ignorantia sui: aliud ignorantia sua. si tñ sentit de ignorātia q̄m
de se habuit: recte dixit. Et vulgo dicim⁹: scio tuas diuitias: q̄ te pauperez
q̄reris: nō tui diuitias Aspicite liberos meos: q̄ dicor orb⁹. nō mei liberos
Cernat sua p̄dia: q̄ mihi vnū fundū inuidet: nō sui p̄dia Ubi nō mō gen⁹

dissimile est antecedenti: et relatiuo: sed etiã numer⁹. Quanq̃ (qd̃ validissi
mũ est) ingens d̃ra significationis est inter primitiua ꝓnomina: et deriua
tiua. Sed ista om̃ia fieri cogit: ꝙ nõ licet primitiuis genitiuis dare signifi
cationẽ actiuã. Cui⁹ rei et illud maxim argumentũ/et aptissimũ est: quod
subijciã/nulli adhuc grãmaticoꝝ intellectũ. ꝙ dicim⁹ mea/tua/ sua/nr̃a/ et
vr̃a/interest/et refert: nõ aũt mei/tui/sui/nr̃i/et vr̃i. Est aũt illud mea/tua/
nõ ex ꝑte ante (vt quidã volũt) sed ex parte post: nõ aliter q̃ cũ dicimus
hoc interest illi⁹: quasi hoc est officiũ illi⁹. Ita hoc interest mei: si liceret mei
aliter accipe q̃ possessiue. Nũc dicim⁹ mea in voce possessiua: sed ita tñ/vt
sit p̃mitiuũ: et substantiuũ: et nõ adiectiuũ. Deniq; ita/acsi dicerem⁹ mis re
gi ex ꝑte post/atq; ido hoc verbũ habere ante se ntm̃: sicut sum/es est. Sz
in neutro genere: quis dubitat/cũ om̃ia plena sint exemploꝝ? Cicero pro
plancio. Siquid mea min⁹ interest: id te forte magis delectat. Et ꝓ eodez
Nõ solũ quid cuiq; debeaz: sed quid cui⁹q; intersit. Et ꝓ sylla. Vr̃a em̃ q̃
cũ sũma elegantia et integritate vixistis: hoc maxime interest. Et pro lege
manilia. Illud primũ parui refert. Vbi etiã dicere possem⁹: id mea parui
refert. Sed hoc nihil ad pñs tps. Hec om̃ia resoluũt̃ in verbũ substantim
hoc modo. Siquid min⁹ meũ est: quid cuiusq; est vr̃m? hoc est maxie. Il/
lud parui momenti est: vt appareat nõ differre naturã verbi substantiui/ et
hoꝝ duoꝝ impsonaliũ verboꝝ: nisi ꝙ illud naturaliter post se ntm̃ postu/
lat: hoc gtm̃: sed actionis: siue possessionis more verbi substantiui. Et hoc
in ceteris nominib⁹ ac ꝓnominib⁹ nihil dubitationis habet: quoꝝ geniti
ui actiue/passiue/possessiue/et siquis est alius mod⁹/accipiunt̃. Mei aũt/tui
sui/diuersam naturã habent. Quid igit̃ faciendũ erat? hec passiue accipiũ
tur/siue possesse: nõ actiue, siue possessiue Illa verba post se volũt gtm̃ acti
uũ siue possessiuũ. Danda ergo fuit vox possessiua ꝓ significato p̃mitiui:
nõ gtũs possessiui: qui idez erat: qui est p̃mitiui: sed ablatiu⁹: qui natura ẽ
genitio simillim⁹/et in genere feminino vel tanq̃ triũ geneꝝ medio vel sua
uitatis gratia: ne duꝝ videret̃ meo/tuo/suo/nr̃o/et vr̃o. Ideoq; hi ablati
ui iungi sibi patiunt̃ adiectiua illa/tanq̃ actionẽ possessionẽq; significãtia
in genitiuo: vt supra demonstrauim⁹: sic mea soli⁹ interest: tua vni⁹ refert:
sua ip̃i⁹ interest: non mei soli⁹/tui vni⁹/sui ip̃i⁹: nisi in alia loquendi figura:
de qua mox subijciã Vnde maxime palã fit: nunq̃ hos gtõs sumi/nisi pas
siue: vt habeo curã mei soli⁹: nõ meã solius: habeo curã tui vni⁹: nõ tuam
vni⁹. vnusquisq; curã gerit sui ip̃i⁹: nõ suã ip̃i⁹ Cur ita? qr passio hic signi/
ficat̃: ibi supius vel actio/vel possessio: cuius rei vnũ exemplũ suffecerit ex
Terentio. Hem tot mei soli⁹ soliciti sunt causa: vt me expleant. Et planum
quidẽ iam fecim⁹: tres genitiuos mei/tui/ sui/passiue semꝑ poni. Me⁹ tuus

ſuus plerūq; poſſeſſiue. Ideoq; cū actiue vtendū eſt illis primitiuoꝝ gtis mutari ſonū de i in a. Nūc aliqua addenda ſūt de his dictionib⁹: q̄ legitie diungūtur cū hmōi ꝓnoim gtis. Nec eniz omnes pñt. Ante oīa nullum ſubſtantiū in cōſortio ſuo ſuſtinēt. Ut filij nolo domi recedere reſpectu mei pris. Qd nō tam placuiſſe Priſciano reor: q̄z per imprudentiā eſſe lapſum cū dicit: mei Priſciani eges: tui Priſciani egeo. Et alibi. Ego Virgilius: tu virgilius: ille ꝟgilius. mei virgilij: tui ꝟgilij: illius virgilij. Hec enim oratio declarat meū. Priſcianū/Virgiliū ve. aut tuū: nō me Priſcianū/Virgiliuz ve: aut te: non aliter/q̄z ſi dicas: eges mei patris: egeo tui domini. Quod ꝓfecto non eſt ꝑmitiuoꝝ ab eo/quod eſt ego/et tu: ſed deriuatiuoꝝ ab eo qd ē meus/et tuus. Neq; diſcrimē facit: ꝙ hic appellatiū nomē eſt: ibi ꝓpriū Virgi. Si qua tui coꝛdonis habz te cura: venito Et alibi. Enee mihi cura tui. Et itez. Eneeq; mei: que a meus/tuus: nō ab ego: tu veniunt. Itaq; ſic emēdemus Priſcianū: qui cū de latina lingua ꝙponit. antiquitatē o ēm coꝛ/rigens/nomē ſuū latine ploqui neſciuit Mei qui ſū Priſcian⁹ eges. tui egeo qui Priſcianus es: vel me ꝑſciano eges. te ꝑſciano egeo: vel tui/vel te ꝑſci/ano egeo. Nā illud apli ad Coꝛinthеos. Salutatio mea manu pauli e gre co eſt ſumptū Tertiū vero exemplū: qd idē protulit. il lius Priſciani eget: recte dicit. Nō hñt eni cetera ꝓnoia ancipitē naturam vt illa tria: de q̄bus diximus. Ideoq; vez eſt/hos ipos gtios reſpuere cō ſoꝛtiū ſubſtantiui: vt me in poſſeſſiuoꝝ quidez foꝛma illud pati velint. Ui dimus licere dicere meā vni⁹ operā: tuū ſolius ſtudiū. Nō tñ dicemus meū Laurentij ſtudiū: ſuū Priſciani prediū. ſed meū ſtudiū. qui ſū Laurentius. p diū ſuū: qui eſt Priſcian⁹. Neq; tñ ob id excludo: ſi gtios hos paſſiue acci/piam⁹ eo mō: quo exēplū ponemus. Mā (vt ſupius docui) aliq̄ duos ge/nitios altez actiue: alterū paſſiue poſitū videm⁹ vna iungi: vt q̄d de. P. Li cinij Craſſi iuris et ciuilis/et pontificij ſtudio loquar: Ita fit in ꝓnomie: vt idē autoꝛ ad atticū. Mihi fuit et laudis nr̄e gratulatio tua iocūda: et timo ris oſolatio grata. Et itez. Uehemēterq; tua ſui memoria delectat. Qd ſi igit hec ꝓnoia ſiue in gtio paſſiue: ſiue mutata in vocez poſſeſſiuoꝝ actiue nō admittāt gtios ſubſtātiuoꝝ: nūquid admittūt oim adiectiuoꝝ? Non o pinoꝛ. ſed ꝓprie ſoloꝝ ptcipioꝛū/ptcipialiūq; gerūdiuoꝝ: et frequētiſſime illoꝛū triū (vt quidā volūt) ꝓnoim vni⁹/ſolius/et ipius: et ſiqua alia q̄ ra/ra ſūt: de quib⁹ moꝛ dicā: ꝑ gtm cū ptcipio. Cicero ad lentulū. Quocūq; tpe mihi ptās pūtis tui fuerit. Per femininū ſed cum gerūdio. Ouidius he roidū. Copia placāde ſit modo parua tui. Per vocē mutatā in poſſeſſiuū: vt ad Ciceroné cato. Libenter facio: vt tuā virtutē/innocentiā/diligentiaz

cognitã in maximis rebus domi togati/armati foris pari industria administrari gaudeã. Cicero de oratore. L. Crassum quasi colligendi sui causa se in tusculanũ otulisse. Sed hoc gerundiũ est: et ea exempla: que sup attuli quoꝝ vnũ fuit: sustulit de latere meo ancille tue dormiẽtis: ad qd pnomẽ malo referri illud dormiẽtis: quod est adiectiuũ: qz illud ãcille: quod ẽ substãtiuũ: ita vt si abfuisset pticipiũ: vix tolerabile fuẽrit futuꝝ. Quale Boethi Solank mesti nũc mea fata senis. Quintiℓ etiã solet omittere pnomẽ. Ut Accepi fateor illũ: qui solutus q̃z nõ sequebaℓ: quẽ non gaudiũ redempti/onis: nõ letícia plati/non hortãtis erexit pris amplexꝰ. Et in eodez libro. Rus/seruulos/penates: et oĩa vtiliora ꝑperãti festinatiõe parẽtis addixi Omisit sui: vt esset non letícia sui plati: et meus: vt esset non meus hortãtis amplexus: et itez mea: vt esset q̃z festinatiõe mea parentis. Poete etiã frequẽter. Ouidius heroidũ. Deniq̃ quisquis erat castris iugulatus achiuis Frigidus glacie pectus amãtis erat: id est meũ amantis. Idez. Illa meis oculis species abeũtis inheret: Cũ pmeret portus classis itura meos Dulsus es amplecti: colloq̃ infusus amãtis/Oscula per longas iungere pressa moras. id est tua abeũtis: et mea amãtis Idẽ in eod opc/ꝫ invsitatius. Et flesti/Et nros vidisti flentis ocellos. nostros dixit pro meos: et flentis pro flentiũ. Est eni illud flentis gtũs singularis: nõ accũs plakis. qd accentus pbat: cũ tales accusatiui habeãt vltimã longã: que hic non est. Hoc dixi: qa quidã hũc locũ exponũt per accm. Illa diuersitas numeroꝝ meos/siue nostros amãtis vix alĩ/q̃z poete pmissa est Postremo hec pnoia/siue in p/mitiuoꝝ gtis: siue in possessiua voce (vt dixi) maxime gaudent illis tribus vnius/solius/ipsius: quorũ multa exempla iã protuli. Nec ab re fuerit/sicut vnius: ita duoꝝ/triũ/q̃ttuor posse dici. Itẽ oĩm/cuiusq̃/pluriũ: et siqua sũt adhuc: vt vestrã duoꝝ/vel vestrã triũ/vel vr̃am oĩm operaz desidero: pro vestrũ. Cicero de oratore li. iĩj. Sed volũtati vr̃e oĩm parui. Cuiusq̃ aptꝰ cũ pnomie sui siue suus diũgitur: vt vellẽ nosse/que sit sua cuiusq̃ sentẽtia non sui cuiusq̃. Brutus ad Ciceronẽ. Qui vr̃is paucoꝝ respondeat laudibus. pro vestrũ. Ieꝝ iam huic questioni finem imponamus:

De Meme tete tutu sese Ca. iĩj.

Eadem hec tria pnomia geminari etiã solent: ꝑpria quidẽ per figuram meme/tete: tertiũ sine figura: Virgiℓ. in. ix. Meme adsũ qui feci in me cõuertite ferrũ o rutuli. Et in. xi. Meme duce ferrũ: corripite o rutuli. Et in. xĩj. Uerte oĩes tete in facies. Sed hoc videri potest esse sine figura Non eniz est ita acre/et ardens: vt apud Quintiℓ. Tete hoc loco mulier interrogo. In ntio plane semꝑ figuratũ est: vt Cicero in ãtoniũ. Tutu facce

illas incendisti. Sese (vt dixi) nunq̄ figuratū est: vt idē. Hic viri fortissimi sanguine aspersus sceleratā gratulantibus manū porrigens/in templū Jouis contulit sese. id est se:

De Nostras Vestras Cuias Ca. iij.

Nostras/vestras/cuias/nō tm̄ patriā/nationēq̄ innuūt: ꝫ etiā ptes et quasi sectam: vt nostrates philosophi nō sūt ita populares: q̄ fauorabiles: vt vestrates: qui ab epicuri schola ꝓdierūt. Et cuiates pbi vos estis stoici: ne an achademici: an peripatetici: an nostrates epicurei? Cicero. Putares ne vnq̄/vt mihi verba deessent/non solū ista vestratia oratoria: sed hec etiā leuia nostratia:

De Iste et Ille Ca. iiij.

Iste/et ille (si audire Prisciānū volum⁹) hoc differunt: q̄ iste spatio ꝓpinquiore: ille aūt longiore intelligit. Cui⁹ autoritas plurimos in errorē induxit: qui pro istud dicūt illud: veluti si ad hoiez longe positū scribas: si quid noui in illa vrbe ē/mihi notū facias: pro eo qđ est in ista vrbe Quod nō mediocre peccatū ē. Nā de me loquēs dicere debeo: hoc caput: hec manus: hec ciuitas. De te vero istud caput/ista man⁹/ista ciuitas. De tertia aūt psona/illud caput: illa manus illa ciuitas. Cicero in antoniū. Remoue paulisper istos gladios. Et in eodē libro. Tu istis faucibus/istis lateribus ista gladiatoria totius corpis firmitate tātū vini in hippie nuptijs exhauseras vt tibi necesse esset in conspectu populi. rho. vomere postridie: Hoc est istis tuis faucibus/istis tuis lateribus/ista tua firmitate. Ñ na/scunt̄ aduerbia istic/istinc/istac/istuc/istorsū/isto. Vt idē ad lētulū Qui istinc veniūt: aiunt te supbiorē esse factuz: id est qui ab ista ꝓuincia in qua agis: huc in italiā: rhomāq̄ veniūt. Aliq̄n tamē iste accipit̄ pro hic: vt idez q̄ in cundē. Cū isto tpe stent cum gladijs armati. Et Quintil. Juuenis iste: de quo sūma in rebus humanis monstra finguntur. Et iterū. Juuenis hic patris sui heres solus inuētus est. Ille quoq̄ non nunq̄ per dignitatē aut p eminentiā ponitur/indicans esse: q̄ omnes debeant nosse: vt alexāder ille magnus. ille censorius Cato. architas ille tarentinus:

De Hic et Is Itē de Idem et ad Hoc Ca. v.

Hic/et is habēt potius illam: de qua modo memini Prisciani differentiā. vt hic spatio ꝓpinquiore: is vero longiore intelligat̄. Multū tamē in locis vtrunq̄ locū habet vt qui prefert virtutē diuitijs: is sane fortis est: vel qui p̄fert: virtutē diuitijs: hic sane fortis est: vel per ꝯparationē vt

quecunq; mulier adultera: eadē venefica est. Et fere per hec duo ꝓnomia licet sic loqui: nec per vlla alia: licet poete vtātur ille pro is: quia amboruz eadē pene significatio est. vt Orati⁹ de arte poetica. Qui didicit: patrie q̄d debeat: ⁊ q̄d amicis Quo sit amoē parēs/quo fr̄ amādus/⁊ hospes Q̄d sit ɔscripti. q̄d iudicis officiū: que Partes in bellū missi ducis: ille profecto Reddē ꝑsone scit cōuenientia cuiq;. Quare sanctis viris e greco transferē/tibus sic ꝑmittamus dicere. Nō qui se ip̄m commendat ille ꝓbatus est: sed quē deus ɔmendat. Possūt aūt hec eadē duo/de quibus loquor: ꝓnoia/et alio modo vsurpari. Vt alexander paruis copijs fretus/suꝑauit dariū cū infinito exercitu/et id in adolescētia. Vel et hoc in adolescentia Item ⁊ hoc modo. Pauca vestis/et ea detrita ⁊ sordida potius q̄ꝫ ⁊ hec. Paucis numis superbit nec ijs suis: ꝫ aliūde corrogatis potius q̄ꝫ et his. Idē/q̄d est ab is ɔpositū/quasi pro etiā poni solet: vt Cicero. Et huic coniuncta est beneficētia: quā eandē vel benignitatē/vel liberalitatē appellari licet id est quā etiā Quintil'. Si causā veneficij dicat adultera non. M. Catonis damnata iudicio videt̄: qui nullā adulterā nō eandē esse venefica dixit. In hoc ꝓnomie idem annotaui quiddā dissimile ab is. quia ibi potest addi copulatiua: hic non potest. Q̄d tamē affirmare nō ausim: vt quācunq; in sedem migrat apiū rex: in eam ⁊ apes ipse comitant̄. At si dicam in eandē tollam copulatiuā: sic. In eandē apes ipse comitant̄. Nam idem habet in se velut vim copulatiue Hoc cōpositū cū p̄positione ad/significat p̄terea: vt apud Salustiū. Cognouerā paruis copijs bella gesta cuz opulentis regib⁹: Ad hoc sepe fortune violentiā tolerasse: facundia grecos: scientia belli gallos ante romanos fuisse:

De prepositione cum Ca. vj.

Cum p̄positio per appositionē nō iūgitur rei notāti instrumentū: ꝫ comitē. Et hoc est q̄d Quinti. ait. vt queramus nūquid apud nos sit vis quedā septimi casus: et apud grecos sexti: nā inq̄t: cuz dico hasta ꝑcussi non vtor ablati natura: nec si idē grece dicā datiui. Propter q̄d Seruius/et quidā alij: plane affirmant esse septimū casū. Q̄ aūt nō vtamur ablatiui natura: hanc causā existimo: ꝙ abltūs aut vi nois regit̄: aut vi verbi aut aduerbij: aut postremo intercidente p̄positione Quoꝝ nihil hic fit: nisi volumus errorē quorundā sequi: qui subintelligūt p̄positionē cuz. Et quō subintelligi potest: que ne poni quidē potest? Naz ꝑcussi cū hasta/inauditū est. Instrumentū eni ꝑcussionis hasta est. Peccauitq; non incelebris huius etatis vir: qui scripsit gladiū: qui cū se percusserat: eduxit. Percussi igit̄ gladio: non cum gladio. Impuli te pugno/nō cum pugno. Video te oculis:

nō cū oculis. Tango te manu: nō cū manu. Deleuit eplam lachrymis. Absterſit ſordes aqua Siccauit cretā: Liquefecitqz cerā igni Nō aūt cū lachrymis: cuz aqua: cū igni. Sed hos fefellit: q aliqñ illa ꝓpoſitio videri poſſit iuncta nomini inſtrumentū ſignificāti: vt acceptus eſt a nobis cuz honore: magna cū beniuolentia ſcripſit: cū mira affabilitate me allocutus eſt: cū ira truculentia me aſperit: Ueruntamē hi ablti inſtrumentū nō ſignificant ſed comitē. Si quidē acceperūt me hoies inſtrumento corpis/nō honoris ſed honore comite. Scripſit miniſterio manꝰ: nō beniuolētie: ſed hac ſocia. Allocutus eſt lingua operatrice: affabilitate pñti: ꝛ aſperit inſtrumēto ocu lorū truculentia ſuffuſoꝛ: que nihil facit ad ipam inſpectionē: ſed oculi Sūt qui velint Priſcianū ſenſiſſe/cū haſta ꝓcuſſi: dici poſſe: vel hāc ꝓpoſitionez ſubintelligi. Ego vero affirmo neminē antiquoꝛ neqz ꝓtuliſſe hanc: neqz ſubintelleriſſe:

De Circiter Ca. vij

Circiter Priſcianꝰ inquit ad tēpus ſolū ptinet: vt circiter calendas Januarias. Imo et quidē frequētius ad numeꝛ: vt circiter duum miliū militū: circiter decē miliarioꝛ. Sed aliqñ etiā ad locū: vt Caſſiꝰ. Emina lapidē fuiſſe quadratū circiter in media arce iunctū/candelis q̄z verſuz

De verſus Ca. viij.

Verſus otra naturā ꝓpoſitionis ſemꝑ poſtponit: vt italiaz verſus megarā verſus. Liuius. Duo rhomana vno loco ꝓpius albā: tria albana rhomā verſus. Saluſtiꝰ. Deinde philemnon are: quē locū egyptū verſus finem imperij habuere carthaginēſes. Cicero de diuinatōe. Qui cū exercitu luſtrato Aretiū verſus caſtra mouiſſet. Surſum/ſiue ſuſum verſus frequēter legimus. Nōnunqz dicit verſū: ſicut aduerſū. Nā ita verſus/ſicut aduerſus vnde quoqzuerſus: et vtroqzuerſus id eſt in vnāquanqz partem et quocūqz: et in vtrāqz ptem: et deoꝛſū verſus. Atqz neſcio quomō nō reperio hanc inter ꝓpoſitiones eſſe numeratā: an quia poſtponit: et nō ꝓponitur? Ne tenus quidē prepoſi ſolet. de qua nūc dicā Et tamen eſt ꝓpoſitio An quia nō vice ꝓpoſitionis fungitur: quotiens alia adeſt ꝓpoſitio? vt ad occidentē verſus. quo quidem modo aduerbium eſt. vt vſqz: que et ipſa ſic aliqñ in oratione collocatur ad occidentem vſqz:

De Tenus Ca. ix

Tenus vt dixi (semp postponit. Atq; in singlari vtiq; cũ abltio: vt hac tenus qua ten⁹ verbo ten⁹ capulo tenus. In pluraliv̄o cũ gtio etiã/nõ solũ cũ abltio. Sed q̃ntũ ego sentio cũ gtio tũc/aut necessario/aut venustius fit: p̄sertim more grecoꝝ: cuz res est: vel gemina/vel numero singulari carens. Neq; hoc apud poetas modo: sed etiã apud oratores Virgil. crurũ tenus hispida nanti. Et iteꝝ. Et crurum tenus a mento palearia pendẽt. Quintil. in xij. Sed ille vir bonus: qui hec nõ vocibus tm̄ sibi nota atq; noibus auriũ tenus in vsũ lingua ꝑcepit. Sed qui v̄tutes ip̄as penit⁹ mente ꝯplexus ita sentiet. Celius. Jã illi rumores de comitijs transpada/noꝝ cumarũ tenus caluerunt. Curtius. Pauci hostiũ tenus exacti penetrauere ad portũ. Est aũt significatõ vsq; ad. Vmbilico tenus/vsq; ad vmbilicũ: ethyopia tenus nilo tenus: vsq; ad ethyopiã: et nilũ. Aliqñ etiã ꝓ nõ vltra. vt gessit cõsulatũ titulo tenus id est non vltra q̃ titulo. cuiusmodi nõ nulla ex superioribus exemplis sunt:

De Pridie et Postridie aduerbijs Ca. x.

Pridie: et postridie quẽadmodũ tenus/genitio ꝯuiunt: et nõ nunq̃ etiã accõ. Vt pridie illius diei: postridie nonaꝝ decembriũ Cicẽo ad atticũ: pridie ꝯpitalia memẽto. Titus Liuius libro. vi. Etiam postridie idus rebus diuinis suꝑsideri iussum. Inde vt postridie kalẽdas/ac nonas eadem religio esset: traditũ putant. Idem libro. xlix. pridie parilia medio ferme die atrox cum vento tempestas coorta:

De hei heu et heheu ve et ꝓcul Ca. xj

Hei quoq;/et heu simile quid obtinẽt. Tamẽ alteꝝ datiuo: alterum accusatio iũgitur. Vt hei mihi qualis erat: q̃ntũ mutatus ab illo hectore. Teren. heu me miserũ. Et fere cũ huiusmõi ꝓnoibus. Nã cum alio nomie frequẽtius ꝑ exꝓbrationẽ: vt Virgil. Heu stirpez inuisã. Et Plini⁹ libro. vij. Heu dementiã ab his initijs existimantiũ ad suꝑbiaz se genitos Aliqñ etiã cũ ntio: vt idem Virgil. Heu pietas/heu prisca fides. Teren. in adelphis. Heu miseriã. Illud vero in psal. Heu mihi/quia incolat⁹ me⁹ ꝓlongatus est: nescio an vicio factũ sit librarioꝝ: quale illud in euãge⁹: ascendit in arborẽ sicomoꝝ: quia inde trãsiturus erat: qd̄ scribendũ est illac. Et illud ad rhomanos. Tu aũt cũ oleaster esses: insertus es/pro insitus. Et in actibus apostoloꝝ. Egressi sumus foras portam iuxta flumen/pro extra portam Eheu nulli casui seruit. Virgil. in bucolicis. Eheu quid volui misero mihi. Ve q̃z dtio Martialis. Carpere causidicus fertur mea carmi mina: q̃s sit. Nescio: si sciero: ve tibi causidice. Hec appelles licet siue aduer/

bia siue interiectiones. Nam hanc inter pteſoratiōnis nō numero. siue etiā ꝓpoſitiōes. Procul apd q̄ſdam caſui fuit: vt apd Curtiū. Procul vrbē.

Qd quedā cōpatiua et ſuplatiua aduerbia ſeruiunt accuſatiuo: preter ſuā conſtructionē: Capi. xij.

Compatiua aduerbia: et ſuperlatia ꝓter ſuā ꝯſtructionē ablatiui et genitiui: vt ſcribo meli⁹ te: et optime oīm: aliqñ fuiūt accō/vtique ea que a ꝓpoſitionib⁹ veniūt/illaꝝ naturā ſeruātia. Cicero ad octauianū. Cū caſtra medio itinere longi⁹ aduerſarioꝝ caſtris: et ꝑpius vrbez mouerent. Idē ad atticū. Tamē eſſe officiū meū putaui/exercitū habere q̄ꝫ/ꝑprime hoſtē. Saluſtius. proxime hiſpaniā mauri ſūt. Neq; hec regere pōt dtm̄: vt Priſciano placet. Quale vult eſſe/ꝑpius ſtabulis armata tenerent. Dtūs hic nō regit natura cpatiui: ſed ipius nomis: non aliter/q̄ſi dicas nauigo te ꝑpinquius terre. Et qm̄ ipa rei ſerie quedā de complexu orōnis dicere incepimus: iam de hoc ipo diſſeram⁹: ſimulq; de natura indeclinabiliuz dictionū/quarundā q; aliaꝝ/ab eo potiſſimū incipientes qd huic loco ſimillimū eſt:

De O vel ꝓlata vel oīſſa Ca. xiij.

O Fortunati quoꝝ iā menia ſurgūt: eneas ait. Et alibi. O fortūatos nimiū: bona ſi ſua norint agricolas. Hic accūs eſt: ibi vel ntūs/vel vtūs eſſe pōt. His eni tribus caſib⁹ indifferēt autores vtūtur. Cicero: o variā/volucrēq; fortunā. Neq; hoc in tertia ꝑſona tm̄: ꝫ etiā in ꝑma/et ſcda. vt idē. O me miſerū: o te infelicē. Etiā nō appoſito ꝓnoie. vt idē. O miſeruz et deteſtabilē hoiem: ſi hec ignoras: id eſt o te miſerū. O te infelicē. Que exclamatio ad oēm affectū cuenit vel miſeratiōis vel indignatiōis. Sili mō in ntio/et vtio: vt idē. O fortūata mors: que nature debita ꝑ pria ē potiſſimū reddita. Et itez. O magna vis veritatis: q̄ cōtra oīm ingenia/calliditatē/ſolertiā/otraq; fictas hoīm inſidias/ſe per ſe ipa defendit. Idē. o nox illa: que pene eternas huic vrbi tenebras attuliſti. Et iteruz. O none ille decembres: que me oſule fuiſtis. Aliqñ ab illo ſuſpidemus/vtiq; in re leuiore neq; ita magni calorīs. Ut indignū facin⁹: q hoiem nequā: qui nō dubitaret vel in foro alea ludere: vel cū lege de alea cōdemnatis. Ciceronis ẏba ſūt in antoniū. Et Plini⁹ iunior ad octauiū. Hoiem te patientē/vel potius durū/ac pene crudelē: qui tā inſignes libros tādiu teneas. Q; ſi excādeſcemus: dicendū eſſz O hoiem nequā/q o hoiez patientē. Aut ſine indignatione: vt apud Valeriū maximū li. iij. Sed mihi vti iſta oditione vite nō ē opus ſine/vllis imaginibus nobilē animū. Aliquāto hoc remiſſius eſt: q̄ſi

dixisset. O aim sine vllis imaginib⁹ nobilē: id ē sine maiori nobilitate nobilem. Idoqꝫ Teren. leuioris caloris interiectione vsus est. Hui tam graues rastros queso. Sed hoc simile eius speciei: cuius mentionē nūc faciam:

De Me ne cū infinitio et accō Ca. xij

Me ne incepto desistere victā: nec posse italia teucroꝝ auertere r̄gē Et iteꝝ. Me ne iliacis occūbere cāpis nō potuisse: tuaqꝫ aiam hāc effundere dextra. Hec Virgil. Ad terentiā āt Cicero. Me ne miseꝝ in tantas te calamitates mea culpa incidisse. Et iterū in Bruto. Tū Brutus admiratus tantā ne fuisse obliuionē inq̄t: in scripto p̄sertim vt ne legēs q̄dem senserit/ quantū flagitij ꝯmisisset. In his oībus placꝫ mihi subintelligi vere ne ita est: me nō posse auertere italia regē teucroꝝ: et cetera. Plini⁹. iunior ad adrianū. Hoiem ne rhōnū tā grece loqui: id est vere ne ita est: vl̄ oportuit ne: siue oportꝫ? Terē. in and̄ Seruon fortūas meas me ꝯmisisse futili?

De En et Ecce suisqꝫ cōpositis Ca. xv

vrbesqz positas habent incole dicuntur. Qui iuxta montes accole. Nec
immerito legendũ est illõ in psalmo cẽtesimo q̃rto Et Jacob incola fuit in

terra Tham. nõ autẽ accola: cũ quo vox greca etiã ɔsentit licet multis aliis in locis apud Hieronymũ q̃z hoc vocabulũ repit̃/sic positum

De Campus area et ager Ca. lv.

Campus ẽ planicies terre ampla/et grandis. Ideoq; spatiose platee/aree ve campi nomẽ acceperũt. Unde Rome campus Martiꝰ Nã locus huiusmõi angustior vocat̃ area. Ager vero tũ circumiectum ipsi vrbi territoriũ: vt ager campanus/ager leontinus/ager phaliscus. tũ locꝰ in rure quẽ colimus siue arando/siue ɔserendo. Nam is qui scritur: frumentis/aruũ noiatur. Verũ in h̃ scd̃o significato habet pluralẽ numeꝝ: vt oẽs agros cãpaneos ⁊ leontinos ciuiũ depopulatꝰ est In p̃ore nõ habz/dũtaxat dũ loquimur de singl̃ariũ vrbiũ t̃ritoriis. Nõ eni dicas rc̃e sic. Antoniꝰ dedit militibꝰ suis agros cãpanos ⁊ leõtinos Nã h̃ pacto nõ ɔplector nemora saltus/pascua/desertos montes: sed sic potius. Dedit militibus suis agros campanũ/et leontinũ id est agrũ campanũ/et leontinũ. Quo quidẽ mõ ɔplector oĩa. que in territorio illo sũt. Ager etiã flumina/lacus/cetẽaq; omnia includit:

De Silua Lucus Saltus et Nemus Ca. lvi

Silua. et lucus/saltusq; sic differũt: quia silua generalius nomen est Preterea solet esse Cedua. Lucus nequaq̃ ceduus est: quin potius manu ɔsitus/religiosusq;/atq; vel alicui deo/vel alicuius homis funeribus consecratus Ideoq; aut circa delubra numinũ: aut circa sepulcra virorum positus est. Saltus vero silua inuia/nec transeuntibus peruia: in quo pasci atq; estiuare pecudes solent. aut si locus/aerq; patiat̃/hyemare. Nemora aũt voluptatis causa ɔparata sunt/et plena amenitatis:

De Femora femina et coxa Ca. lvii.

Femora partẽ illam exteriorẽ significant. Femina partem interiorẽ molliorẽq; que se ɔtingũt. Vel femora partẽ anteriorẽ. Femia posteriorẽ. Liuius li. xxij. Quosdã et iacentes viuos succisos feminibus poplitibusq; inuenerũt. A quo conficitur nomẽ femoralia/siue feminalia (vtroq; eni modo scriptũ reperio) ꝓ bracis/ Dicit̃ tamẽ nomiatiuus femen nõ reperiri. Coxa pars supra femora. Vertebrũq; ip̃m quotiens vitiatum est: aut os illud/qd̃ in vertebro voluitur fractũ: coxa vitiata. fracta ve dicitur

De Crimen et Flagitiũ Ca. lviii.

Crimen non mõ pro delicto/sed ꝓ ip̃a etiã criminatiõe Cicero etiã

in philipp. Hereditatē mihi negasti obuenisse. vtinā hoc tuū verꝝ crimē essꝫ flagitiū ꝓprie in libidine quasi flagris dignū crimē: sed ꝑ ceteris q̄ꝫ pccis accipit. Nec tm̄ turpib⁹ verū his etiā que ꝑ negligentiā imprudentiā/obliuionē ꝯmittunt. vt idē in Bruto. Tantā ne fuisse obliuionē inq̄t inscripto p̄sertim: vt ne legens quidē senserit: quantū flagicij admisissꝫ: id ē erroris:

De Vectigal et Fenus Ca: lix

Vectigal nō solū ex publico: verꝝ etiam ex priuato capit: vt in paradoxis Cicero. Ex meo tenui vectigali capio ego ducenta. Et iterū nō intelligunt hoīes quantū vectigal parsimonia est Paulus. Cesē arūdinis vel pali ꝯpendiū si in eodē fūdo: vectigal esse ꝯsueuit: ad fructuariū pertinet. Ex om̄i tn̄ predio vectigal est. Fenus vero ex solo ip̄o. Naꝫ dicitur naturalis fructus terre fenus. postea aūt ad vsuram translatuꝫ quasi pecunia per se fructum producat sicut terra

De Luctus Ca. lx

Luctus est dolor qui exterius prodit vultu ip̄o atqꝫ aspectu. Sepe ille ip̄e habitus. vultus. atqꝫ vestis luctus est. Unde secūdo bello punico post cladē illā cannensem censuerunt patres ꝯscripti: ne femine vltra triginta dies in luctu essent: nō videlicet: ne in dolore (nō em̄ imperare dolori possumus) sed ne in illo lugubri habitu. Et matrone Juniū Brutum anno luxere: tantoqꝫ tempore item Publium Valerium

De ocium Ca. lxi

Ociū vacatio a labore: qd̄ notū est. Cui⁹ ꝯtrariū est negociū. Sed qꝛ his: qui studijs operā dant: necesse est vt nō negociosi sint: factū ē vt ociū ꝑ litterario studio accipiat. vt Quintl. Inquirendo scribēdoqꝫ talia solemur ocium nr̄m. Nō desiderat ociū solatiū: sed labor. Ergo ꝑ labore studij ocium accepit. Cicero. Quid dulcius ocio litterato id est studio. Et (vt ita loquar) negocioso ocio. Tale quid habet apud grecos,

de Amor et Charitas Ca. lxii

Amor gen⁹ est. Charitas species. Illud ad om̄ia ꝑtinens. hoc aūt ad hoīes demū: et q̄dez ꝑ dignitate ac qualitate ꝑsonaꝝ. Maxima q̄dē charitas debet parētib⁹: ꝓxima filijs: et deinceps reliq̄s. Caritatē etiam ꝑ penuria accipim⁹: sed frumēti q̄dez et annone caritatē dicim⁹. penuriaꝫ vero vini/aque/pabuli/pecunie/viroꝝ/ceteraꝝqꝫ hmōi reꝝ. Vel penuria ē (vt sic dicā) carentia omniū rerū. Caritas vero que contraria est vilitati.

Ideoq; Plini⁹ iunior ait Accessisse agris suburbanis caritatez. Et Quintil. cū ait. Itaq; caritas annonerarum frumentū cedes ac direptio pecorum: idē est ac si dixisset: caritas annone penuria frumenti

De Seditio et factio Ca. lxiiii

Seditio vel a seorsum se dando: vel (vt Cicl. placet) a seorsum eundo dicta: tūc est cū populo secū discordante res ad manū vocat. Qualē ciuitatis statū. Virgilius describit. Sic dicens. Ac veluti magno in populo cū sepe coorta seditio est. seuitq; animis ignobile vulg⁹ iamq; faces et saxa volant. furor arma ministrat Similiter dicit. seditio in exercitu/in classe/in schola/et siquid est tale. Factio est diuisio ciuū in diuersa studia: cū aliqui se principes et p̄marios in ciuitate efficē conant inē q̄s emulatio est: qui et factiosi dicuntur p̄ se quisq; q̄z maximam p̄ōt ciuium multitudinē (q̄ clientes vocant) ad se trahēs: sibiq; quouis pacto p̄ fas nefasq; ocilians. Que pestis intestina cūctas ciuitates dūtaxat italie infecit

De bellum.prelium.pugna et certamen Ca. lxiiii

Bellū est tū ipa pugna: tū totū temp⁹ quo in militia sumus: quaz illiterati guerram vocant Prelū ipm tantūmodo armoz̄ certamē Nā et pugna: certamenq; etiā citra arma fit. Interdū etiā nudis verbis

De copia et copie Capitulum lxv.

Copia: facultas: potestasq;. Vt faciā tibi copiā inspiciendi libros meos. id ē dabo tibi facultatē: vel faciā tibi potestatē. Vt cm̄ alio loco dixi semp iunctū cū verbo facio dūtaxat apud oratores. Nā pocte cū alīs verbis et p̄cipue cū do: vt Virgl. Affari extremū misere data copia matri. Et itez̄. Postq; introgressi q̄ corā data copia fandi. Sine his aūt duob⁹ verbis copia plerūq; p̄ abundantia dicit. Unde dicta est copia oz̄onis: et copia pecuniaz̄: et copia frumēti. In plurali q̄z p̄ eodem significato: vt noui copias tuas: omniū rez̄ copias habeo. Peculialiē tñ appellam⁹ militū multitudinē: vt copie Pompei: copie Cesaris: copie aduersariez̄: gentes nostre Et in hoc etiā significato nōnunq; in singulari: vt Pompeius ad domiciliū. Neq; solus cū ista copia tantā multitudinē sustinere poteris. Idem ad cunctz. Etiā atq; etiā hortor: vt cū omni copia q̄ primū ad me venias. Salusti⁹. Postremo ex cm̄i copia Catiline neq; in prelio neq; in fuga quisq; ciuis ingenuus captus est. Virgl. in. ij. encidos. Et que sit mecum copia lustro

De Elogium Capitulum lxvi

Elogiū est testificatio de aliquo siue honoris siue vitupationis causa. Vitupationis vt Quintl. Nō est iudices: qđ putetis ideo nullū adiectū ad exhēdationē iuuenis elogiū: qr de scelere ɔstaret. Et alibi. Si exheredatū a se filiū pater testat⁹ fuerit elogio ꝓpterea ꝙ is meretricē amaret Multa sūt hmōi exempla apud iuriscōsultos. sed vnū suffecēit Modestini: vbi hui⁹ nois (nisi ab altero adiecta sit interp̄tatio) repit̄. Cui⁹ hec verba sūt. Desertorē auditū ad suū ducē cū elogio: id ē cū vitupatiōe mittat. Honoris causa: vt. M. Tul. In qđ elogiū plurime ɔsentiūt gentes virū esse ciuitatis primariū: et cetera. Et iterꝫ Quid elogia sepulcroꝝ? Que qualia sint Suetoni⁹ in Claudij vita oñdit: dicens. Nec ɔtent⁹ elogiū tumulo eius versib⁹ a se ɔpositis insculpsisse: etiā vite memoriā ꝓsa oratiōe ɔposuit Seneca in declamationib⁹. Decessit negociator/testamēto omniū bonoꝝ reliquit formosā heredē/et adiecit elogiū: qr pudicā comperi. Pro simplici aūt sententie sue testificatione Tic. Solonis q̄dez sapiētis elogiū est: quo se negat velle suā mortē dolore et lachrymis amicoꝝ vacare

De Condictio et conditio Ca. lxvii

Condictio a condico nascit̄. Conditio a condo. Illud rari⁹ est: qđ ita Justinian⁹ (si credim⁹ hoiez grecū romana iura potuisse p̄scribere) definit. Cōdicere est denūciare prisca lingua. Nūc vero abusiue dicim⁹ cōdictionē actionē in ꝑsonā: qua actor intendit sibi dari oportere. Nulla em̄ hoc tempore eo nomine denunciatio fit. Ergo cōdictio erit vel hec actio: vel illa denūciatio. Conditio vero multi his temporib⁹ male (vt pleraqz) vsurpant/accipientes ꝓ mentis qualitate: veluti. Hic est homo mansuete et bone ɔditionis. Qđ antiqui dicebāt boni et māsueti ingenij. Nos q̄z mansueti animi et mansuete mentis. Nos (cū dico) de illis dico: qui latine loquūtur. Nā hō bone ɔditionis latine đr: si ad fortunas referat̄: nō si ad mores. vt Ille est vir magne/parue/mediocris ɔditionis: id est diues/pauꝑ ve/aut inter hos medius. Ego sum poti⁹ in hac cōditione id est fortuna ac sorte. Cicero. O miserā ɔditionē administrandi cōsulatus Huic significato illud pene par est: cū inter/plura eligende sortis est oblata electio. vt apud. M. Fabium. Oblata est a iuuenib⁹ tyrāno ɔditio vt dimitteret alteꝝ ad visendā matrē ad diē prestitutū reuersuꝝ: ita vt nisi occurrisset ad diē de eo q̄ restiterat/pena sumeret̄. Dicim⁹ igit̄ offero ɔditōez vel fero vel pono ɔditionē. Nunqz fere ꝑ aliud verbū. Que ɔditio dū placuit: etiā fere semꝑ dicim⁹: accipio ɔditionē. vt apud Terentiū. Amatores

Chrisidis tulerũt mulieri ꝯditionẽ: si vellet eis morẽ gerere se daturos illi pretiũ liberalẽq; mercedẽ. Ipa vero accepit ꝯditionẽ: hoc est pactioni ꝓmissioniq; assensit. Ab illo significato nõ longe absũt: offero electionẽ: do optionẽ. Hec tñ solent esse inter plura: illud vero in vno frequẽti⁹: vt offero electionẽ vtꝝ velis eligendi: et do optionẽ qđ velis potissimũ optandi Deinde tu aut eligẽ te dicis aut optare Offero ꝯditionẽ Chrisidi vnã scz

De Frondes et folia Ca. lxviii

Frondes arborum sunt tm̃. Folia autem et arborum et herbarum et florum quoq;

De Excubie et Vigilie Ca. lxix

Excubie diurne et nocturne. Vigilie tantũmodo nocturne

De Suffragia Capitulum lxx.

Suffragia sũt (vt sic dicaz) voces: que dicebant̃ ad comitia: in tabella ve scribebant̃: quib⁹ suã quisq; declararet voluntatem de aliquo eligendo in magistratũ Qualis est hoc tpe electio summi pontificis. Et eius quẽ cesarẽ Augustũ xp̃iani nõ erubescunt appellare/a damnatis nominib⁹ tyrãnoꝝ qui nõ modo oppressere remp. vt nemo iã possit vocari rex romanoꝝ/sed sub eoꝝ gladio rex verus celi et terre occisus ẽ Et postea isti insani et nr̃e religionis immemores vocãt diuũ Augustum: diuũ Claudiũ: diuũ Traianũ: quasi vulg⁹ atq; hoies possint principes referre in deos. Sed hec omittam⁹/hoc tm̃ dicentes Romanos nõ agnoscere regẽ aliquẽ. Et cũ cetere gẽtes in libertatẽ se asseruerint. hoc multo magis nobis licere. Suffragia igit̃ (vt dicebã) sũt voces in electionib⁹: quod suffragiũ qꝛ cui prestam⁹/nimirũ eidẽ gratũ facim⁹: hinc factũ est vt suffragiũ ꝓ auxilio sepe ponam⁹: et suffragor ꝓ auxilium fero. Refragor repugno ꝓprie quidem in dictis: sed nõnunq̃ et in factis

De catul⁹ pull⁹ hinnulus et fetus Ca. lxxi.

Catuli sũt feraꝝ siue immaniũ siue mitiũ. Nã et catulos muriũ legim⁹ Pulli vero pecudũ. Fet⁹ auiũ et pisciũ: quanq̃ et hoc generali⁹ nomẽ est. Vñ fetificare ꝓ parere: et fetura ꝓ partu ad oia aialia muta ꝑtinent. Ceruoꝝ hinnulos dicim⁹: capreoloꝝ q̃z caprearũ: damarũ leporũ siliuz q̃z Catulos q̃z serpentũ vt Virgl. de colubro. Catulos tectis atq; oua relinquẽs. Immaniũq; pisciũ: q̃ nõ edũt oua. Prop̃e tñ catuli sũt filioli canũ Virgl. Sic canib⁹ catulos similes. Cicl. de diuinatiõe. Erat aũt mortuus Catell⁹ eo noie

de Lues et Pestis Ca. lxxii.

Lues et pestis hoc differunt/ qd gen⁹ et species. Nam cũ in vrbe aut in agro febris aliud ve gen⁹ morbi seuit: siue solos homines siue sola pecora siue vtrosq; corrũpens: lues dicit̃: interdũ etiã si arbores ac sata. Pestis ꝟo aut cito occidit aut cito abit ab eo quẽ inuasit q̃ eadẽ d̃r pestilẽtia Nõnunq̃ tñ ꝓ lue ponit̃ atq; ad animi vitiũ sepe trãsfert̃

De corpus Ca: lxxiii:

Corpus poti⁹ q̃ carnẽ nostꝝ viuentiũ dicim⁹: ⁊ hominẽ corpulentũ poti⁹ q̃ (vt aliqui loquũtur) carnosũ. Quintl. in. vi. Corpulento litigatori: cui⁹ aduersari⁹ itez puer circa iudices erat: ab aduocato lat⁹. Quid faciã? te ego baiulare nõ possũ. Idẽ in ꝑmo. Ossa detegũt q̃ vt esse et astringi neruis suis debẽt: sic corpe operiẽda sunt. Idẽ in v. Neruisq; illis/ quib⁹ causa ɔtinet̃: adijciũt inducti sup corpis speciẽ. Et alibi. Heret astricta nudatis ossib⁹ cutis: et in fame sua homine ɔsũpto iaz mẽbra sine corpe. Cicero ad Galliũ. Ego hic cogito ɔmorari quoad me reficiaz Nã et vires et corp⁹ amisi. Sed si morbũ depulero: facile (vt spero) illa reuocabo. Qd etiã significauit Martialis: cũ ait. Viuebãt laceri mẽbris stillãtib⁹ art⁹ In q; omi nusq̃ corpe corp⁹ erat. Videlicz ꝙ in corpe illi⁹ non erat caro

De Lamina et bratea Ca. lxxiiii

Laminã tam ferreã/ creã/ plumbeã/ stanneã: q̃ aureã/ argenteã/ electreã/ auricalceã dicim⁹. Brateã poti⁹ ex his posterioribꝰ: aut certe bratea tenuis est/ et sua sponte plicabilis. Lamina vero crassior ex quali armatura ɔficit̃/ et qua incensa olim hoies torq̃bant̃. nec crepitat vt bratea ꝑ tenuitate. Virgl. in vi. Talis erat species auri frondẽtis opaca Ilice. sic leni crepitabat bratea vento. Verꝝtñ ita tenuis nõnunq̃ bratea est: vt crepitare nõ possit: vt illa ex qua fit auratura et argentatura

De Munimenta et monumenta Ca lxxv

Munimenta sunt munitiones castroꝝ/ ceteraꝝq; reꝝ: q̃ ɔtra aduẽtũ hostiũ muniũt siue vallo et fossa: siue aliq̃ quouis mõ quo sint milites (vt dixi) ab hostiũ aduentu muniti. Monumenta i mutata in u/ sepulcra/ statue tituli ceteraq;: q̃ nos alicui⁹ rei ꝑterite moneãt. Nam de futuro (vt q̃daz volũt) ideo sepulcra appellari monumenta: ꝙ nos nr̃e ipoꝝ mortis admoneãt: falsũ est. In honorẽ em̃ mortui illa tm̃modo fiũt nõ in publicã ꝑceptionez. Vixq; monumẽta dixerim. nisi lr̃e aut alij tituli appareant: q̃ si desint magis sepulcꝝ q̃ monumentũ erit. Liui⁹ libro. xlvij. Vtrobiq; monumenta ostendunt̃: et statue. Nam et linterini monumentũ

monumentoq; statua supimposita quã tempestate disiectã nup vidim⁹ ipi. et rome extra portã capenã in Scipionũ monumẽto tres statue sunt quarũ due Publij et Lucij Scipionũ dicunt. tertia poete Quinti Ennij:

De Opera et opus Ca. lxxvi.

Opera est actio: vt dabo operã. Et in iure ciuili de operis libertor. Cicero de offi. Nõ male precipiũt: qui seruis vti iubent: vt mercenarijs/ iusta prebenda/ operã exigendã/ id est laborẽ q operationẽ corpis. siue (vt ait Vlpian⁹) opere sũt diurnũ officiũ. Opus est finis fructusq; ope. Vñ opera auctorũ dicunt: et opera publica/ ipa publica edificia. Nõnunq; videt opus p opa accipi vt Virgl. Mollib⁹ e stratis opa ad fabrilia surgit quasi ad operas. Sed (vt videre videor) quotiens nõ ad laborẽ corpis: sed ad laborẽ animi et ad artẽ industriãq; respicim⁹: magis op⁹ q; opera dicendũ est: vt in ope rustico: in ope faciundo: in ope fabrili: in ope textorio. Hanc differentiã ita ponit Seruj⁹. Hoc opus et hec opa tũc dicimus qñ negociũ ipm significam⁹: qđ gerit. Si aũt feminino genere dixerimus operas: ipas psonas q aliqđ faciunt: sicut ipa custodia dicit que custodit Vt cernis custodia qualis Nã vt hi qui custodiunt custodia dicant/ usurpatũ est. Vñ male est in usu: custodie audiunt. Hec Seruj⁹. Sed nõ absolute diffinit opus et operã. Vtrũq; aũt horũ nominũ in eodẽ posuit loco Terentj⁹ Qđ in ope faciundo opere osumis tue: si sumas in illis exercẽdis plus agas. Opere aũt pretiũ ab opera est: vt versus indicat Juuenal. Est ope pretiũ penit⁹ ognoscere toto. Quid faciãt agitentq; die: id est fructuosum est et ad rem ptinens. Ideo vel qz docens vel qz vtile vel qz glorioſũ vel quia iocundũ. Ab hoc nomine Liuj⁹ exorsus est dicens. Factur⁹ ne ope pretiũ sim: si res gestas populi rhomani ab initio pscripserim: nec dũ scio nec si sciam dicere ausim:

De Solatium et consolatio Ca. lxxvii.

Solatium et osolatio idem sũt. nisi q illud re/ hoc verbis fit. Quintili. Cecitatis misere solaciũ est habere rem videntiũ. Idem. Itis obuiã osolationib⁹: et (qđ omnẽ modũ feritatis excedit) captatis in magna calamitate laudari Nec mirũ cũ osolari sit oratione. solari vero semp fere aliter. Nolo afferre plura male vtentiũ exempla: que facile quilibet sibi inueniet. Cice. tñ de amicicia ait Me ipe osolor: et maxime eo solatio osolor q eo errore careo: quo in amicorũ discessu pleriq; angi solent. Vtrũq; recte dictũ est. Quid eñ nõ recte Cicero dicat? Nã cũ se tãq; alterũ quasi colloco a meroze reuocet: debuit dicere osolat Quia vero oratione nõ vtit/ solatiũ

dicere potuit. Solamē idem qđ solatiū est. sed magis poeticū. Virgl. Solamenq; mali de collo fistula pendet. Quo tñ Boeti⁹ et quidā alij vtunt̄

De Affectus. affectio. et affectatio Ca: lxxviij.

Affectū nusq̄ videor repperisse ꝯpud. M. Tul. Frequētissime affectionē Contraq; apud Quintl. frequētissime affectū: raro affectionē: vt illo loco (si modo nō est mendosus) vbi ait. Cupiditas causa sceleris fuit: que vis eius ira quantū efficiat in animis hoim talis affectio Nescio an sit affectus. Et in alio loco Illa vero frigida et puerilis in scholis affectio. Affectionē Cicl. modo sic diffinit Affectio est animi ⁊ corpis ex tpe aliqua de causa mutatio: vt letitia/cupiditas/met⁹/molestia morb⁹/debilitas: et alia q̄ in eo genere repiunt̄. Modo sic. Affectio est q̄daz ex tēpoꝝ aut ex negocioꝝ euentu aut administratione aut hoim studio ꝯmutatio reꝝ: vt nō tales: quales ante habite sūt aut plerūq; haberi solēt: habende videant̄. In tusculanis idē autor et alibi. volūtatē hois affecti ad virtutē atq; ipaz virtutē animi appellari affectionē ait: qualis nō est affect⁹: q̄ grece dicit̄ Qđ ipe Cicl. interp̄tat̄ ꝑturbationē malens dicere q̄ morbū/quo noie sepissime vtit̄. At Quintl. Nō ꝑturbationē sed affectū nominat. Neq; ipe aut solus/aut p̄m⁹: sed pleriq; añ eū: vt Seneca Plini⁹ Rutili⁹ Columella Valerius Liui⁹/alijq; multi. Ita em̄ ille ait. qđ greci vocant nos vertentes et recte ac ꝓprie affectū dicim⁹. Illa igit̄ (vt ego quidē sentio) affectio grece dicit̄: quā nostrates pbi in latinū v̄tentes appellāt dispositionē. Aliquib⁹ tñ videri posset diffinitio illa Ciceronis hūc q̄z significatū qui est ꝯplecti. Quib⁹ qr ad rem nō multū attinet: nō sane repugno. Cū p̄sertim om̄es fere iuriscōsulti/ om̄es ecclesiastici scriptores affectionē ꝓ affectu accipiāt. Est aūt affect⁹ ꝑs illa anime qualitatis q̄ e regione rationis est. Quicq̄d em̄ in aia p̄ter partē illā memorie ratio nō est: affectus est. Et rursus. quicq̄d nō est affect⁹/ratio. Ab hoc fit affecto: quo etiā Cicero ipe sepe vtit̄ in libris ad Herenniū. Nō tā affectāda q̄ supiores: ꝫ tñ adhibenda nōnunq̄. Apud eundez nunq̄ (nisi me incuria fefellerit: aut memoria fallat) legi affectationē: frequēter apđ Quintl. et ceteros: vbi ait Nihil est odiosius affectatione: id est affectu conatuq; emulandi alteri⁹ virtutē: quā assequi nequeas refragāte natura vel nimio affectu/nimioq; conatu alteri⁹ virtutē emulandi. Ita vt turpe sit: ac deforme: sic auide emulari

De Latebre et latibula Ca. lxxix.

Latebre hominū ꝓprie dicunt̄. Latibula vero feraꝝ. Quintl. Et q̄uis odio euersoris nostri euocatus e latebris suis populus subsellia non

implet Cicero. Videant: ne querat latebra piurio: id est excusatio piurij. Latibula nonunq̃ hominũ. Latebre etiã ferarũ. Liui⁹. lxvij. Inter vepres in latebris ferarũ noctẽ vnã delituit:

De Luce et tenebris. Die ac nocte Ca. lxxx

Luce et tenebris ꝑ die ac nocte accipe solem⁹. Differt tñ prima luce a prima die Nã ibi intelligit ꝑma ꝑs diei: et quasi diluculo. hic aũt ꝑma dies. Ita ꝑmis tenebris et ꝑma nocte. Ibi de ꝑte noctis loq̃mur. Hic de nocte ipa. Ideoq̃ ante lucẽ meli⁹ dicim⁹ q̃ ante diẽ si diluculũ significam⁹. Nã ante diẽ ꝑ ante tꝑs dici solet. ꝑterq̃ si de certo die loq̃mur. vt añ diẽ decimũ. vel ante. vi. diẽ kalendarũ nouẽbriũ. id est sexto die ante kalendas nouẽbris In quo q̃dez loco ꝑceptũ Pauli inserere nõ inutile fuerit: q̃ ait. Añ diẽ decimũ kalẽdarũ. et post diẽ decimũ kalendarũ. eque vtroq̃ sermone vndecima dies significat. Verũ nõ quẽadmodũ ante lucẽ meli⁹ q̃ añ diẽ ꝑ diluculo dicim⁹ Sic añ tenebras q̃ añ noctẽ ꝑ crepusculo. sed e diuerso poti⁹. Repit aũt luci ꝑ luce et vesperi ꝑ vespe: et ruri ꝑ re. Cicl. in philip. Quis em̃ audeat luci et in militari via. Diẽ ꝑ diurno tꝑe Itẽq̃ ꝑ certo tꝑe volũt esse masculini generi. notauerũtq̃ Virgiliũ indifferenter accepisse. Ego tñ et apud hũc. et apud ceteros ꝑ tꝑe ipo adnotaui semꝑ esse feminini: vt ipa dies facit hoiez prudẽtẽ: et mlta dies magnã dat hõib⁹ rerũ exꝑientiã Vñ Pedian⁹ vult fieri diecula ꝑ paruo tꝑe. Et apud iuriscõsultos: bima: trima: quatrima dies ꝑ tꝑe biẽnij: triennij: quadriennij: qd iurisperiti nõ intelligũt. In certo tꝑe Pedian⁹ idẽ ꝯsentit debere esse generis masculini. Dicem⁹ ergo hesterno die et crastino: nõ hesterna die et crastina. Ad diẽ nõ venit: ad diẽ nõ affuit. id est die prestituto

De Orator rhetor et declamator Ca. lxxxi

Orator est q̃ causas orat vel in iudicijs vel in cõtionib⁹/ q̃ grece dicit id est rhetor. Nos tñ rhetorẽ ꝓfessorẽ rhetorice vocam⁹ nõ oratorẽ. Mirorq̃ cur in hoc tã facili ꝑuulgatoq̃ noie exponẽdo Victorin⁹ errauerit. Declamator est q̃ studens apud rhetorẽ in ꝯuẽtu scholasticorũ fictã causã orat: id agẽs: vt in veris postea causis possit orare. Ipe q̃z rhetor ⁊ q̃cunq̃ ali⁹ etiã extra scholã hoc ipo genẽ vtit: siue vt alios siue vt se exerceat: declamator vocat. Nõnunq̃ tñ more greco rhetorẽ repim⁹ poni: vt Cice. li. ij. de natura deorũ. Hec cũ Cocta dixissz: tũ Vellei⁹: ego inq̃t incaut⁹/ q̃ cũ Achademico et eodẽ rhetore cõgredi conat⁹ sũ. Nã neq̃ indisertũ Achademicũ ꝑtimuissem. neq̃ sine ista ꝓbia rhetorẽ q̃uis eloquentẽ/ Rhetorẽ dixit vel oratorẽ vel rhetoricũ:

De Peregrinus et hospes. diuersoriū et hospitiū. Ca. lxxxii

Peregrin' et hospes hoc differūt: ꝙ ꝑegrin' vocat̄ q̄ in ciuitate sua nō est. Hospes q̄ in aliena est. Vel peregrin' q̄ ex nr̄a ciuitate oriund' nō est. Hospes q̄ in nr̄a est. Cicl. Vos soli in hac vrbe hospites estis: vr̄e ꝑegrinant̄ aures. Quintl. Attica anus Theophrastū hoiez alioq̄n disertissimū ānotata vni' affectatiōe verbi hospitē dixit. Nec alio id se dep̄hendisse interrogata respōdit: q̄ꝫ ꝙ nimium Attice loq̄ret̄. Pro hoc imperiti dicūt Forenses aut extranei (loquendū em̄ mihi barbare est vt barbariē emendē) Hospites igit̄ sunt tā q̄ in ꝑuato alicui' hospitio sūt: q̄ꝫ q̄ in publico: qd̄ diuersoriū/vel tabernā meritoriā appellam': tā q̄ꝫ q̄ recipit q̄ꝫ q̄ recipit̄. Vñ Ouidi'. Nō hospes ab hospite tutus. Cicl. Per dexterā istā: quā hospes hospiti porrexisti. Sz ille receptor proprie vocat̄: q̄ ꝑuatim et amicicie causa recipit: vt idē Fuit mihi cū illo vet' hospitiū. i. amicicia/familiariter: vel mihi hospitādi apud illū: vel illi apud me. Vñ hospitales hoies/q̄ amore/nō p̄tio/hospitiū suū ꝯmunicāt. Hospitiū et ꝑuatū ⁊ publicū dicit̄. Liui' tarento Hanibali ꝑ dolū ꝓdito ait. Hospitia tm̄modo romanoꝝ a militib' fuisse direpta. Certe ꝑuata non publica. Cicl. Ex hac vita sic decedo tāq̄ꝫ ex hospitio nō tanq̄ꝫ ex domo. Cōmorādi em̄ natura diuersoriū nō habitādi dedit. ꝓ eodē posuit diuersoriū et hospitiū

De Conciuis ⁊ Conterraneus Ca. lxxxiii

Conciuis qui eiusdē ciuitatis est. Conterrane' qui eiusdē terre: hoc est territorij. Maior est em̄ terra q̄ꝫ vrbs/oppidū ve: cui' habitatores vocant̄ ciues. Cicl. Eoꝝ qui in hac terra fuerūt magnāq̄ꝫ greciā: que tūc florebat institutis et preceptis suis erudierūt. Plini' tñ Catullū cōterraneū suū vocat: vel ꝙ ex diocesi illa: vel ꝙ ex vrbe sit Veronensi. Vterq̄ꝫ aūt dict' est Veronensis. Nam illi' nepos: et ꝑ adoptionē filius fuit Nonicomensis. Et ideo Plini' secūd' et ip̄e dict' est. Quidā librū nuꝑ sic inchoauit. Fauoni': ciuis me' optime princeps et cōsul tuus. Cū dicere debuisset cōciuis meus. Dñs em̄ ciuitatis ciuē suū vocat quia non potest appellare ꝯciuem. Quēadmodū miles sociū in militia nō militē suū vocare potest: sed cōmilitonem. Et discipulus eū qui vna eidem preceptori dat operam: non discipulū suū: sed condiscipulum. E diuerso preceptor nō vocat auditores suos cōdiscipulos suos: sed discipulos. Et dux in bello non cōmilitones: sed milites suos appellabit. Licet Cesar et quidā alij appellauerūt milites suos cōmilitones: ꝯparande beniuolentie gr̄a vt apud Virgiliū Eneas: q̄ sub eo erāt: socios vocat. Hic ergo homo priuat' nō debu

et quenq̃ suũ ciuẽ appellare: sed ꝯciuez. Nec rursũ aliquẽ principis ꝯsulẽ dicere. Nõnunq̃ tñ inuenit̃ ciuis ꝑ ꝯciuis: vt Lelius apd̃ Lucanũ. Nec ciuis meus est: in quẽ tua classica cesar audiero. Dicã tñ municeps me⁹ ꝑ eo qd̃ est ꝯciuis meus: qꝛ ꝯmuniceps nõ inuenit̃. At quotiens nõ apponim⁹ ꝑnomen rectius sine appositione loq̃mur. Audite ciues/ succurrite milites/ legite discipuli: etiãsi mei fuerint ꝯciues/cõmilitones/ꝯdiscipuli. Q̃ siqñ ꝑ hec posteriora sine ꝑnomine loquor: tñ ꝑnomen subintelligendũ est: vt om̃es me ꝯciues amant. Tu nõ das cõmilitonib⁹ partem. Ille semꝑ exagitat cõdiscipulos questionib⁹: subintelligit̃ mei/tuis/suos. Dicim⁹ tñ vos estis ciues nostri: quasi reipub. nostre: nõ quasi singulariũ aliquoꝝ ciuiũ:

De pretor pretori⁹q3 et alijs ingrãtuumq3 nõib⁹

Ca. lxxxiiii

Pretor qui preturã Consul qui ꝯsulatũ Questor qui questurã. Edilis q̃ edilitatẽ. Censor q̃ censuraz. Tribun⁹ q̃ tribunatũ Primipil⁹ q̃ primipilatũ gerit. Senator q̃ senator ẽ: aut fuit. Pretori⁹ q̃ preturã. Consularis q̃ ꝯsulatũ. Questorius q̃ questurã. Edilitius q̃ edilitatẽ Censori⁹ q̃ censurã. Tribuniti⁹ q̃ tribunatũ. Primipilaris q̃ ꝑmipilatũ gessit. Senatori⁹ nõ d̃r (vt dixi) sed senator vel senatorij ordinis: aut de domo senatoria. Triũphator q̃ triũphat ꝓprie: sed etiã q̃ aliqñ triũphauit. Vt victor exercit⁹: qui vicit. Triũphalis q̃ triũphauit. Ceterũ illa ꝑora noia sunt substantiua: eoq3 iũgunt̃ cũ adiectiuis. vt diligens ꝯsul bon⁹ tribun⁹: iust⁹ pretor: seuer⁹ censor. Hec posteriora sunt adiectiua: eoq3 cũ substãtiuis: vt homo ꝯsularis: tribunitia mulier: pretoria familia: censoriũ edictũ. Q̃ si absint substantiua: subintelligunt̃. vt consulares rogantur primi sententiã in senatu: ꝓximi pretorij/deinde tribunitij. Intelligim⁹ homines. Quẽadmodũ in illis plebei nobiles potẽtes ingenui libertini. Procõsul nõ q̃ ꝑ alio ꝯsule ꝑest ꝓuintie: ꝫ qui cũ ptãte ꝯsulari extra ordinem ad aliquã ꝓuintiã administrandã mittit̃: preterq̃ ꝙ nõ. xij. fasces cũ precedũt: qui precedũt ꝯsulẽ. sed tm̃ sex: vt etiã pretorẽ: et presidẽ. Proꝑtor nõ ꝑ alio ꝑtore preturã: sed extraordinariã gerit. Ita qui ꝓquestor dicit̃: etsi q̃ sunt alij huiusmodi nominũ magistrat⁹

De locoꝝ q̃rũdã nõib⁹ ⁊ possessiuis hoꝝ Ca. lxxxv

Regini ex oppido Calabrie. Reginẽses ex oppido Gallie cisalpine. q̃ꝝ oppidoꝝ vtrũq3 vocat̃ regiũ. Albani et albenses. Ex oppido Alba in Latio Albani. Ex oppido Alba ad lacũ fucinũ Albenses. Cumani ex oppido cumaꝝ in cãpania quã nũc ꝑue vocãt terrã labori. Cãpaniã v̄o eaz regionẽ: q̃ illi finitima ẽ romã v̄sus Comẽses ex oppido como in eadẽ gallia quã nunc Lombardiã nominant: in qua ipa gallia ⁊ finitimũ. Como ẽ

Bergomū: vnde Bergomenses: Pergamū: ex qua pergameni in Asia a q̄ vrbe q̄ ob penuriā carthe/ ab Attalo rege missa est membranarū copia: membrane pergamena sunt nominate. In Asia ꝓuintiā intelligo. Nā in ea que est tertia pars orbis terrarū: regio quedā est eodē nomine quā Turchiam nunc vocant. quēadmodū in Africa: que et ipa tertia ꝑs orbis dicitur: est regio eiusdē nominis: vnde afros dicim⁹ homines: nō aūt africā regionem. Thebani a thebis in grecia. Thebei a thebis in egypto. Sed thebei ꝑm grecā formā fit. Nam et thebani grece Thebei dicunt. Nō tñ occurrit vbi in libris gentiliū legerim thebeos

De Priscus et pristinus Ca. lxxxvi.

Prisca que superioribꝰ seculis aut supiore etate: vt prisci latini. priscus Tarquiniꝰ: prisca tpa. Pristina que supioribꝰ annis/ mensibus/ diebꝰ et que nostra memoria fuerunt. vt pristina nostra amicicia. pristina beneficia nostra. Neq̄ recte hic dicas prisca: neq̄ illic pristina. At vero si de rebus que non senescunt loquaris: pristinū non priscū decebit: vt Phares q̄ Tyrus nunq̄ in pristinū statum redibunt. Maria in freto Messanensi laborant: ne montes (si Lucano credimꝰ) repetant pristina confinia. Atqui tm̄ tpis est: ex quo illuc mare irrupit: vt memorie nō inuniat proditū. Quod post quingentos et eo amplius annos solet reuerti in pristinū cursum

De Prosper et felix Ca. lxxxvii

Prosper qui dat. Felix qui recipit ꝓsperitatē. Si dus veneris (si credimus mathematicis) ꝓsperū est. Natus sub illo sidere felix. Dicimus ergo ꝓprie quidē homines felices. Deos aūt tpalia/ loca/ actiones/ fines/ successus ꝓsperos: et siqua sūt similia. Utrūq̄ tñ aliq̄ recipit exceptionē Nā et nō semel legimꝰ ꝓsperā alicuiꝰ valitudinē vt Suetoniꝰ de cesare. Fuisse eū ꝓspera valitudine: id ē bona et quasi felici. Et de Tiberio Valitudine ꝓsperrima vsū eū esse ait. Salustiꝰ Sz postq̄ res/ ciuibꝰ/ muris/ agris satis aucta/ satisq̄ ꝓspera visa est. Rursus Virgl. Sis felix: nostrūq̄ leues quecūq̄ laborē: ꝓ eo quod est: sis prospera et benigna

De Saluber et sanus Ca. lxxxviii

Saluber siue quod vsitatius est: salubris dicit aer/ cibus/ potus locus multaq̄ huiusmodi: idez fere qđ salutifer siue salutaris. Sanꝰ homo dicit: ceteraq̄ aialia. Sed res salubris prebet sanitatē/ homo vero recipit Pōt et prebere: tūcq̄ saluber quasi salutifer dici. Sz in vtroq̄ etiā aliqua reperit exceptio. Siquidez sanū aerem/ sanū cibum/ sanū locū vocamꝰ: qua

si salubrē et prebentē sanitatē. Contraqꝫ salubris ꝓ sano. Salusti⁹ Genus hominū salubri corpe/velox/patiens laboꝝ. plerosqꝫ senectus dissoluit. Liuius. Grauiore tpe anni iam circūacto defuncta morbis corpa salubriora esse cepere. Martialis: dū describit vitā beatā inquit. Lis nunqꝫ/toga rara mens quieta/vires ingenue/salubre corp⁹. prudens simplicitas/pares amici. Hi tres/quos ꝓduxi: loci: idem nomē habent ꝯiunctū cū corpore. Quare non ausim dicere: vt dixit Boetius in translationib⁹ suis. Eger an saluber. Nā de equali suo Cassiodoro: qui apud nōnullos in pretio est. Nūqꝫ ideo facio mentionē: quia cum regibus suis Theodorico et Allarico quorum scriba fuit: Gothicum sonat et barbarum

de Iocundus et gratus Ca: lxxxix

Iocund⁹ et grat⁹ sic differūt: ꝙ iocund⁹ ꝓprie in ꝓsperis. Grat⁹ in aduersis. Iocundū vero nō qui let⁹ est: sed q̄ letitie est alteri: vt prosper ac saluber. Usqꝫadeo pōt q̄s tristis mestusqꝫ esse: et tñ iocund⁹: veluti cum hostis meus in dolore est tūc mihi iocund⁹ est: et ego gaudens/sū illi minime iocund⁹. Quare nō recte locut⁹ est q̄ ait Iocundos nos faciat sue intēsse ꝯmemorationi. Sed ad dr̄aꝫ. Cicl. ad Sulpitiū ꝯsolantē de morte filie inq̄t. Serui⁹ tñ tuus om̄ib⁹ reb⁹ interfuit: cui⁹ officia etsi aliqñ iocundiora nunqꝫ tñ gratiora. Idez ad Luceiū. Amor tuus ex om̄ib⁹ partib⁹ se oñdit in his lr̄is: quas a te ꝓxime accepi: nō ille q̄dez mihi ignot⁹: sed tñ grat⁹: et optat⁹. Dicerē iocundū: nisi id verbū in om̄e tps ꝑdidissem. Idē ad Atticū. Fuit mihi sepe et laudis nr̄e gratulatio tua iocunda/et timoris ꝯsolatio grata. Idem tñ li. iij. inuectiuaꝝ. Est mihi iocunda in malis et grata in dolore/vr̄a erga me voluntas. Iocunda dixit quasi letitie plena et voluptuosa qualis est in ꝓsperis. Grata q̄si plena effect⁹ ac fruct⁹. In iocūdo em̄ quedā gratia est delectatōis. In grato vero etiā ꝯmodi. Quippe aspectus rosaꝝ/lilioꝝ/violaꝝ florūqꝫ/ac similiū iocund⁹ est. Aspect⁹ plene messis/vbeꝝ oleaꝝ/grauiū fructu vitiū/pinguiūqꝫ pecoꝝ grat⁹ Et pueritia filioꝝ atqꝫ infantia iocundior. Adolescentia vero ac inuēt⁹ gratior: vtpote vtilior. Idē de offi. li. ij. Quanqꝫ em̄ q̄d pñs/tanqꝫ in manū dat̄ iocūdius est: tñ hec in posteꝝ gratiora muri/naualia/port⁹. aquarū duct⁹ om̄iaqꝫ: q̄ ad vsum reipublice ꝑtinent. Hieronym⁹ nōnunqꝫ his duob⁹ nominib⁹ cū ea quam ostendi ꝓprietate et distinctione vsus est

De Plura complura Pleraqꝫ et plerūqꝫ Ca. xc

Plura ⁊ cōplura sic differunt: qꝛ plura pñt esse duo. Cōplura duo esse nō pñt. Illud ꝯpatiuū est. Hoc vero minime Ideoqꝫ nō regit casum

Pleraqz modo auctores ꝑ maxima parte accipiũt: modo ꝑ nõnulla. Salusti⁹. In diuisione orbis terre: pleriqz in parte tertia Africã posuere Pauci tantũmodo Asiam et Europã. Paulo post. Plerosqz senect⁹ dissoluit: nisi qui fero aut bestijs interiere mã morb⁹ haud sepe quenqz superat. Quintil. Videas plerosqz ira percitos id est nõnullos. Plerũqz magis a priore significato qz a posteriore venit: id est ꝑ eo qd est fere semper. Quintl. in amatore. Excussa sũt plerunqz languentiũ vitia verberib⁹: id est nõnunqz Tamen in hunc sensũ hec dictio (siue nomen siue aduerbiũ sit) rarissime reperit. Seruius quidem nescio an vnqz vtaꝫ aliter

De Clarus et preclarus Ca. xci.

Clar⁹ et ꝑclar⁹ figurate accipiunt ꝑ eo q̃ tanqz fulgore quodã fame et glorie resplendet. Vñ clarissima et ꝑclarissima gesta dicim⁹. Sz ꝑclar⁹ nõnunqz ꝑ bono repit apud Cicl. sicut apud eundẽ luculent⁹ ꝑ magn⁹: vt in Philip. Luculentũ vuln⁹ accepit. In eodẽ ope ait. O ꝑclaꝛ custo dẽ ouiũ (vt aiũt) lupũ. Nõ claritas in custode desiderat: ꝫ ꝓbitas. Ergo ꝑclaꝛ ꝑ bono posuit. Idẽ in Lelio. Cũ illo vero qs neget actũ esse ꝑclare Et paulo post. Cũ illo qdez (vt supra dixi) actũ est optime. mecũ incõmodius: nõ supra dixerat actũ cũ illo optime: ꝫ ꝑclare Verũ ideo sic dixit: qz ꝑclare et optime idẽ roboris et viriũ in significatione obtinent. Eoqz crasciscon qd est optimũ et apud grecos accipi solet: et a nobis transferri pre

De Festus et festiuus Capitulum. xcij.

Festus dies potius qz festiu⁹. Res festiua potius qz festa. Mã fest⁹ festa festũ ad diem festũ ptinens. Festiu⁹ festiua festiuũ: res iocũda et lepida: vt oratio festiua: dictũ festiuũ: frondẽ festiuã legim⁹. non que ad festum comparata sit: sed que iocunda et leta. Nam et festam frondem vocamus. que festis adhibetur Festiuũ multi pro festo accipiunt

De Venalis et Vendibilis Ca. xciij

Venale et vendibile hoc habẽt differẽtie: ꝙ illud significat rem vẽditioni expositã. hoc rem que facile põt vendi. Hec dom⁹ est venalis. i. ꝑscripta vel exposita vẽditioni Et hoc de Curione significat Lucanus cũ dicit. Venali curio lingua: id est pretiũ/ nõ veritatez honestatemqz sequens ex sue lingue facundia. Tice. in Bruto. Horum etati ꝑpe cõiunct⁹. L. Gell. nõ tã vendibilis orator/qz vt nescires qd ei deesset. Et in eodẽ. Mã populo nõ erat satis vendibilis/preceps quedã/et tũ idcirco obscura et pacuratũ rapida/et celeritate citata oratio. Et alibi. Naz vt sint illa

vēdibiliora:hec vberiora certe sūt. Vēdibile dixit ꝓ gratū. et ꝙ aios hoiz solicitet ritu reꝝ;q̄ ad se alliciūt emptorē.hoc a vendo venit:illud a veneo

De Sciens feci.prudens feci et similib⁹ Ca:xciiii:

Sciens feci:et prudens feci. Itē insciens et imprudēs atq; ignorās feci. Hoc est ꝙ cū facerē aliq̄d:sciui me facere illud:aut ignoraui:ꝛ sciēter feci:idē est:qđ cū ɔsciētia ac doctrina feci: semꝑ q; in laudē est. Scientē q̄d fecisse:tū laudare/tū vituꝑare solem⁹ ꝓ rei qualitate. Si ergo scienter facere semꝑ laudabile est:e diuerso inscienter facere sꝑ est vituꝑabile. Prudēter q̄z facere op⁹ prudētie nimiꝝ est: Imprudēter vero facē tū stulte/tū q̄dez imprudēter. Ignorāt̄ raro in vsu ē. In cui⁹ locū velut succedit ꝑ ignorantiā et ꝑ imprudentiā factū ꝑ se neq; laudi neq; vitio dādū Idē em̄ ē ꝑ imprudētiā siue ꝑ ignorātiā fecisse aliq̄d boni mali ve:qđ imprudent̄ ignoranterq; fecisse. q̄ꝝ neutꝝ aut p̄miū meret̄:aut penā

de Marinus maritimus et transmarinus Ca:xcv

Marinū piscē dicim⁹:et auem marinā: et deū marinū: vel deam:vel nymphā marinā. Noiatim q̄z vitulū marinū:lupū marinū:turdū marinū:turturē marinū. Preterea aquā marinā:casū marinū:ꝑiculū marinū:sonū:fluctū. Aquā marinā:nō maritimā. Nauē marinā. Quidā etiā nauē maritimā. Rursus orā maritimā:gētē maritimā:res maritimas bellū maritimū:nō marinū. Itē hoiez/gentē/vrbē/triūphū transmarinū nō transmaritimū. Hoꝝ oim hec dr̄na est:ꝙ marinū vocat̄ qđ incolit mare ꝛ ex mari est. Maritimū qđ mare accolit et ad mare est vel ad mare fit. Trās maritimū: qđ trans mare est. Transmaritimū em̄ foret quod trans loca maritima esset:idem ꝓpe quod mediterraneū

De Frequens et Celebris Ca.xcvi.

Frequentē locū dicim⁹ quē frequētare multi solēt:vt vrbs frequēs oppidū frequens:platea frequens:vbi multi hoies aut habitāt:ꝛ diuersant̄: Quādo aūt de ꝑsona aut de re animata loq̄mur. duobus modis dicit̄. Vel de sola/sic/sit miles frequens spectator preliorū: id est creber et assiduus. Vel de turba/sic. Frequēs populus.frequēs senatus id est copiosus et mult⁹. Et q̄dez cū noie collectiuo in singulari. Cū ceteris vero in plurali:vt frequētes ciues: frequētes senatores:hoc est multi ꝛ numerosi. Verūtn̄ cū dico:sis frequens/innuo actionē. Cū dico frequēs loc⁹ passionem. Ille frequentat.hic frequentatur. Cui simile est celebris semper passiue positū:tam ad rem q̄z ad personam relatum. Locus celebris: ꝙ ce

lebrat. Homo celebris q̄ cū honore celebrat et colit. Propter qđ in hāc ducor opinionē: vt locꝰ celebris ꝑrie sit honoratoꝝ frequētia cultꝰ Nō ita frequēs neq; frequētia: quo nōie qualiscūq; hoim multitudo significatur. Qđ ex vocabulo hinc ducto ꝑbat: qđ ē celebritas: q̄ tū hoim cetū honoratū declarat: tū dignationē ipaz atq; honorē. Quintl. Ante oīa futurꝰ orator cui in maxima celebritate et in media repub. luce viuendū est: assuescat iā a puero nō reformidare hoies: neq; illa solitaria/et velut vmbratili vita pallescere. Cicl. Itaq; nos q̄ in maxia celebritate atq; in oculis quondā ciuitatis virimꝰ: nūc fugientes ospectū sceleratoꝝ hoim: quibꝰ oīa redundant abdimꝰ nos: et sepe soli sumꝰ. Idē in alteraz significationē Hac celebritate fame cū esset iā absentibꝰ notus: romā venit Mario et Catulo consule Quare improꝑe licet frequētissime dicit locꝰ celebris: an desertus quasi otrariū sit celebrē esse: ab illo desertū esse. Vbi em̄ baiuli aut aleatores aut lenones scortaq; esse osueuerūt: qs eū locū ꝑrie dixerit celebrem: nō aliter q̄z celebrē meretricē aut nobilē vt sepe legimꝰ et singularē improbitatem et vnicā turpitudinē vt in bonū: ita et in malum

De Ferus et feroꝝ Ca. xcvii

Ferus homo: q̄ animū ferinū obtinet: vt leonis/vsi/pardi/lupi. feroꝝ q̄ animosus ad certandū cū altero et ad vim aliq̄ faciendā atq; ad

De Corporeus et corporalis Ca. xcviii

Innocendum

Corporeū est existens ex materia atq; substantia corporea. et e diuerso incorporeū: vt lapis est res corporea: virtꝰ incorporea Corporale vero existens in materia substantiaq; corporea. et e diuerso incorpale: vt domꝰ fundꝰ mancipiū. Corpalia dicimꝰ: nō corporea: legatū hereditas iura. Incorpalia: nō incorporea Nā hic de qualitate agimus que ineſt substantie: ibi de ipa substantia Quas res diligentiꝰ exequimur in dialecticis nr̄is. Et: sanitas: vires: pulcritudo: bona corpalia appellant: nō corporea. Preterea (vt alia ratione hāc differentiā distinguam) corporeus et incorporeꝰ nō nisi cū hoc nōie: res aut substātia iūgunt: aut vbi res subintelligit: vt lapis est res siue substantia corporea: nō aūt ē corporeus. Virtꝰ est res incorporea. nō aūt virtꝰ est incorporea. Dia corpea aut tangunt aut vident. id est: oēs corporee res: nō aūt sic res incorporee

De Lassus laxus lapsꝰ fessꝰ defessꝰ defatigatꝰ. xcix

Lassum quod labore fatigatū est tā animo q̄z corpe Ideoq; ad ea demū spectat: que laboris molestiā sentiūt. Laxū vero magis ad inani/

mata: que sunt/lenta/mollia/flexibilia/nõ dura/nõ rigida: vt laxi rudentes laxi funes/laxe corde Lapsus a labendo: ꝙ vel corpore: vel per translationem: animo et opinione labit̃. Fessus idem est quod fatigat⁹: siue animo siue corpore. Defessus defatigatusq̃: qui ita fessus atq̃ ita fatigat⁹ est: vt nõ queat amplius: et sepe a labore atq̃ incepto quod instituerat desistat. vt in Bruto Cicero. Et ne defatigaret̃ orauisset. Et de oratore. Profecto nunq̃ ꝯquiescaz: neq̃ defatigabor: anteq̃ illoꝝ ancipites vias rationesq̃ et pro omnibus et contra omnia disputandi percepero

De Bonum et bonitas Ca:c:

Bonũ generale nomẽ ẽ: honesta pariter atq̃ vtilia ꝯplectẽs: vt bonũ animi/bonũ corpis/bonũ fortune Bonitas vero nõ (vt multi opinãtur) idem vtiq̃ qđ bonũ honestũ: sed idẽ qđ benignitas. A p̃mo fit bon⁹ vir/bon⁹ seru⁹/bon⁹ iudex id est iust⁹ et exequẽs officij sui debitũ. Ab hoc: bon⁹ pater/bon⁹ dñs/bon⁹ de⁹/bon⁹ eneas: hoc est benign⁹ et clemẽs: quã alterã iustitie partẽ esse ꝯstituũt/vocãtes eandẽ beneficentiã. Nã iustitiam partiunt̃ in duas partes: iustitiã: q̃ est seueritas: et bñficentiã: quã ego voco bonitatẽ. Ergo q̃ plane bon⁹ esse vult: plane q̃ iust⁹/bis bon⁹ sit necesse est. Et hoc q̃dẽ ad virtutẽ ꝑtinet. Est aũt et alia bonitas nõ ex industria: ꝫ ex natura tã homini q̃ q̃busdã alijs reb⁹ attributa Cice. Que et bonitate nature multi assequũtur et ꝓgressione discẽdi id est excellentia et dote nature. Quintl. At in solo fecundo plus cultor: q̃ ipa ꝑ se bonitas soli efficiet Nõ dixit pl⁹ bonitas cultoris q̃ bonitas soli. qꝛ excellens cultor industria fit: nõ natura nascit̃ Nõnunq̃ tñ bonitas ꝓ iustitia: siue ꝓ honesto accipit̃ Cice. de offi. iij. Cũ em̃ bonitatẽ alicui⁹ fidẽq̃ laudãt: dignũ esse dicũt: qui cũ in tenebris mices. Quintl. in. xij. Qꝛ si mediocrib⁹ etiaz patronis cõuenit hec: q̃ vulgo đꝛ bonitas: cur nõ orator ille: q̃ nondũ fuit ꝫ p̃t esse: tã sit morib⁹ q̃ dicendi virtute ꝑfect⁹? Nõnunq̃ etiã bonũ accedit ad naturã bonitatis. Nam cum dicimus de equo et bono/nõ. de rigore iustitie et de sũmo iure loquimur: sed quasi de bona equitate

De Lubricus Capitulum. ci.

Lubric⁹ loc⁹ est in quo nequeas insistere: nec ingredi: q̃les sũt herbe ꝑfuse sanguine: vt apud Virgl. de Niso: et Homeꝝ de Diace Oileo. Aut aliter humecte Marmora lenigata: lapidesq̃. vel humore ꝯspersi t̃ra glaciata/aqua gelata. pauimẽta/ceteraq̃ hmõi lubrica dicũt̃ Inde ꝑ trãslationẽ adolescẽtiã vocam⁹ lubricã: in qua q̃ sũt velut in glacie facile labũtur. Anguilla q̃z congrus/murena ac similia lubrica sũt. Alio tamẽ modo

videt. Cic. dixisse lubricos oculos. Et imitatus cū Lactanti⁹ in li. de opifi/cio. Ita. n ait ille de natura deoꝝ. Sed lubricos oculos fecit/et mobiles: vt declinarent: si q̄d noceret: et aspectū quo vellent: facile ꝯuerterēt. Dicti sunt oculi lubrici eo modo: quo a quibusdā pes lubric⁹ pro eo ꝙ in lubri/co. Ita oculi quasi in lubrico positi sunt: vt vix queant ꝯsistere. Quale ē cū dicimus Spargo humū floribus, ꝓ eo quod est/spargo humi flores: Et Sterno lectū pallio pro eo quod est/sterno palliū lecto

de Equalis et equabilis Ca cij

Equalis q̄d sit notū ē: vt in illo. Sintq; pares in amore ⁊ equales Sepe accipit ꝓ coetaneo/siue coeuo. vt Virgl Equalemq; ab hu mo miserās attollit amicū. Cice Q. F. maximū eū/ qui Tarentum recepit: senē adolescēs ita dilexi: vt equalē. Et iteꝝ. Nec cū equalib⁹ solū: q̄ pauci admodū restāt: ꝫ cū vr̄a etiā etate atq; nobiscū Equabilis idē q̄d equalis in p̄ore significato: vt idē. Non ius eq̄bile (q̄d aliq̄d vtilitatis ha/beret) acceperat. Iteꝝ. Et vox reducit in sonū quendā eq̄bilē atq; ꝯstātē

De Perfidus et Infidus. Caplm ciij.

Perfidus qui fidem violat. Infidus cui nō est fidendum. Hoc a fido descendit: quod habet primā longā: siue fido a fidus. Illud a fides q̄d habet primā breuē. Ideoq; hec duo adiectiua vario accentu efferunt.

De Moratus et Morigeratus Caplm. ciiij

Moratus qui moribus bonis est predit⁹. Morigerat⁹/participiū ex morigero: quod est morem gero: id est obsequor: et obedio. Vñ morigerus/obsequens/ obediens et facile morem gerens. Quod Accursius non intelligens (quid aūt intelligat si ignorat: quid sit morem gerere?) pro glosa scriptum reliquit. Soluat Apollo: quasi aut enigma es/set: aut Apollo soluere enigmata soleret: magis q̄ ꝓponere soluenda. Et alibi. Primipilus inquit nomen grecum est

de Proteru⁹ Procax et Petulans ca. co

Proteruus/procax/et petulans multum similitudinis habent: Et quasi aliud alio maius increscit taꝫ in factis q̄ꝫ in dictis. Tria hec tum quandam lasciuiam/libidinem q; declarant: tū iniuriam. Naꝫ et proteruam/petulantemq; eodem loco de inhonesta femina apud Cice. legimus pro Celio. Si vidua/libere proterua/petulanter diues/effuse libi/dinosa meretricio more viueret. Proteruam minore gradu/ q̄ꝫ petulantē significauit Petulans. pro libidinoso/lasciuoq; accipi notum est. Vt petu lansq; iuuenta. Et Ouidius. Quinetiam vt possem verbis petulantius vti

non semel ebrietas est simulata mihi: id est lasciuius et licentius. Procaces q̃z meretrices legim⁹/qualis Bachis Terentiana: cetereq̃z impudice muli eres: que pudori suo (que vna dos feminaꝝ est) ne verbis quidẽ mordaci bus simul et turpib⁹ parcũt/a se ip̃is/sueq̃z ꝯditionis feminis principiũ ca pientes. Proteruia leuior q̃daz ꝯtumelia. Procacitas maior. Petulantia maxima. Cice. in Salust. Ne in idem incidã viciũ ꝓcacitatis/q̃d huic obij cio. Et iteꝝ. Non em̃ ꝓcacitate lingue/vite sordes eluunt̃. Atq̃z iteꝝ. Nam ꝙ ista inusitata rabie petulanter in vxorem/filiãq̃z meã inuasisti. Et iteꝝ in eadẽ. Desine bonos petulantissima insectari lingua. desine morbo ꝓcacita tis isto vti. Salusti⁹ in Cice. Grauiter et iniquo animo maledicta tua pa/ terer. M. Tulli. Si te scirem iudicio animi/magis q̃z morbo petulantia ista vti. Et iteꝝ. Bibulũ petulantissimis verbis ledis. Hec eadẽ nomina in fa ctis quoq̃z nõnunq̃z repiunt̃: vt siq̃s ambulans ꝑ impotentiã mentis: ob uiũ cubito feriat: aut cũ ꝯtumelia sibi cedere cogat: hunc ꝓteruũ dicim⁹. Et Virgl. Austros ꝓcaces vocat Et ab eodẽ. Ediq̃z petulci florib⁹ inci/ dant: dictũ est ꝙ edi soleant iniuriã facere ꝑ animositatẽ quandã transcen dendo sepes et in alia loca penetrando: que iniuria petulantia est

De Orbus et Celebs ca. cvj

ORbus est quicunq̃z aliqua re chara priuatus est. ꝓprie aũt parens amissis liberis/quasi amissa luce oculoꝝ. Vñ illud: frequẽs parẽs liberoꝝ an orbus Et hinc orbitas: que est illa qualitas patꝝ post amissos liberos. vt vxoris viduitas post amissũ maritũ. Quintl. de p̃rib⁹: In ip̃os loquens ꝑ vxorib⁹ ait. Nõ habet orbitas vr̃a lachrymas super ardentes rogos: tenetis inconcussã/rigidãq̃z faciẽ. Cõtrariũ huic est cũ di cit̃ orb⁹/quasi orphan⁹: vt apud Terentl. Orbe qui ꝓximi sunt: vxorez du/ cant. Et hinc orbitas apud. M. Tull. in de oratore/quasi orphanitas De plorauit em̃ causam atq̃z orbitatem senatus: cui⁹ ordinis a consule: qui q̃si parens bon⁹: aut tutor fidelis esse deberet: tanq̃z ab aliquo nephario pre done diriperet̃ patrimoniũ dignitatis. Celebs tñ tam qui caruit semper vxore: q̃z qui nunc caret: et inde celibatus

De diuturnus et diutius Ca. cvij

DIuturnus et diutius nihil differunt. Vtrunq̃z em̃ et in bonũ et in malũ repit̃: et vtrunq̃z a diu/siue diuti⁹ venit. Sz vnũ eo modo for mat̃ quo a die diurn⁹: a nocte nocturn⁹ Alteꝝ quo modo a sero se rotin⁹: a mane/siue a Matuta q̃ dea est: matutin⁹. et vt aliq̃ vtunt̃ a vespe: vesptin⁹. De diuturn⁹ plurima exempla sũt. De diutin⁹ apud Cic. ꝑpauca

ad Brutū sic scripsit. Libertatis desiderio/tedioq; diutine seruitutl. Quintl. Nō sic ɔfundūt obuios grauib⁹ catenis colla stridentia: nec diutino squalore ɔcreta facies Quia dixi serotin⁹ a sero/videor significasse sero ꝓ vespe nō ꝓ eo qđ est tarde siue post tps. Hec em̄ tria sero significat que tñ pene idem sūt. Una et vera significatio est ꝓ vespe: qđ est post occasū Altera q̄ hinc nascit̄/q̄ est post tps: qđ em̄ post solis lucē est: id vere pōt post tps dici. Cicl. Cū accusator Milonis idētidē interrogat⁹/instaret: quo tpe Clodius esset occisus: vrbane respondit sero nō tā horā intelligens/q̄ tardi⁹ occisum: et post tps: quo debuisset occidi. Tertia significatio est ꝓ tarde: nō ꝓ tardius: vt apud Senecā in Trage. Sero nos illo referat senectus Nemo ad id sero venit: vnde nunq̄ (cū semel venit) potuit reuerti. Serotin⁹ igit̄ tū a primo significato (vt quibusdā placet) venit: qui dicūt horā serotinā/temp⁹ serotinū/pluuiā serotinā: tū a posterioribꝰ. Appellam⁹ em̄ vt p̄/coces vuas/precoces ficus/precocia poma: que ante legitimū: ɔsuetūq; tēpus/siue cito maturescūt: ita serotinas vuas/serotinas ficus/ serotina poma: que post legitimū tps ɔsuetūq; ceteris pomis vel tarde maturescunt Precox q̄z ingeniū ꝑ translationē dicim⁹: ꝙ nimis cito maturitatē ɔsecutum/nimisq; cito videt̄ adoleuisse. Ideoq; ait Quintl Illud ingenioꝝ velut precox gen⁹ nō temere vnq̄ ꝑuenit ad frugē: id est nō fere vnq̄ ad ꝑfectionē: tanq̄ ad frugē fructūq; ꝑuenit. Precox quasi ante tps excoctum Huic simile/ac dissimile est p̄maturus: qđ est anteq̄ sit matur⁹/et ante maturitatē: vt segetes p̄mature/frumenta p̄matura: poma p̄matura id est nō dū matura. Et ꝑ translationē p̄matur⁹ sū militie/p̄matura etas/p̄matura legatio p̄matura allocutio/p̄matura postulatio. id est immatura. Quanq̄ maturꝝ ip̄m in frugib⁹ ꝓprie dicit̄: et id vno modo. In ꝑsonis vero figurate: et hoc duob⁹ modis. Uno sic. Ego sū matur⁹ audiende ph̄ie: tu es matur⁹ rei militari: id est ꝑfectionē tpis habeo ad hanc rem. Uñ senilis etas vocat̄ matura: quasi om̄ino ꝑfecta/et tps debitū assecuta. Altero sic. Ego sū hō matur⁹: id est ꝑfect⁹ morib⁹. Et in hac significatōe nō ɔponit̄. Inde maturesco/matur⁹ fio. Et maturo as maturꝝ facio/vel ꝑficio/atq; festino. vt Virgl. Maturate fugā. Cicl. ad Heren In etate maturrima dixit: pro in etate festinātissima. Et mature aduerbiū ꝓ cito:

de Annuus Ca. cviii

Annuus eodē modo quo diurn⁹: spaciū diurnū spaciū annuū/vni⁹ diei/vni⁹ ve anni. Annuus q̄z qūo quotidian⁹. Febris quotidiana est q̄ singulis dieb⁹ venit Ita apud Virgl. Atq; annua magne sacra refer cereri id est singulis annis Et duo illi Epicurei ph̄i annua febri q̄ die nati fuerāt

corripiebant. quā febri et mortui sunt: atq; eodē quidē die. Dictū est ergo annuū quasi anniuersariū. Nam vt festa/ita febres quibusdā quoꝝ etiam Augustus fuit: anniuersaria sunt:

De Capitalis capitulum cix

Capitale odiū: qđ caput et vitā alteri⁹ petit. Cice. Cū ijs tribun⁹ plebis capitali odio a. Q. Pompeio: q̄ tū erat consul: dissideret: Item capitale suppliciū. Capitalis morb⁹. q̄ caput alteri⁹ petit Capitalis aūt hō capitale vitiū. capitale pccm: nō qđ petat alteri⁹ caput: ꝫ cui⁹ caput: aut ꝓpter qđ caput ꝯmittētis peti debeat ad penā Vt idez Capitalis Ethiocles/vel potius Euripides. Et alibi. Fieri ait in ciuitatib⁹ vitia capitalia:

De Meritorius ca. cx

Meritoriā tabernā diuersoriū atq; hospitiū mercenariū vocamus: quo cuiq; introire licet danti mercedē. Naz mereri/mercede opari/laborare atq; alteri inseruire ē Ideoq; merere in militia est exerceri: ꝓprie tñ spe stipendij/ac p̄mij: qđ dicit stipēdia facere. Hinc meretrices dicte/suā et ipe militiā exercētes/ac stipēdia sua facientes. Et abinde adiectiuū meritori⁹ ria. riū Vñ scorta mascula pueri meritorij vocant. Nā puelle nō vocant meritorie. Quippe ꝓpriū suū habentes nomē: qđ est meretrix. Quidā aiūt hos pueros dici cathanitos: qđ mihi nō videt: ꝫ poti⁹ ꝯcubinos. Meritorij nāq; (vt meretrices) pretio merent. Cice. in Antoniū. Ingenui pueri cū meritorijs: scorta cū matrib⁹ familias versabant. Ingenuos liberos dixit Meritorios ergo nō liberos quos mango: q̄ ideo hōies mercat/vt vendat: ꝯmodare etiā abutēdos p̄tio solet: siue illi dñoꝝ ꝑmissu: ꝛ ipi suo iure ꝓstant Appellam⁹ corpus meritoriū tam pueꝝ meritoriū q̄ meretricem. Rationē quoq; meritoriā quasi vilem et male coemptā:

De Infensus et Infestus Ca. cxi

Infensus vehement̄ irat⁹/et odiū gerens. Infest⁹ vehement̄ molest⁹ atq; in aduersū vadēs. Inde infestare/incursib⁹ crebris molestia afficere: et signa infesta q̄ in aduersū tendūt. hoc est vexilla in hostē euntia/vt molestiā inferant. Molestare aūt rarius repit̄ q̄ infestare. Modestin⁹ iuriscōsult⁹ ait: ab Aurelio Sempronio fratre meo neminē molestari audio

De Presens ca cxij

Presens nō modo: qđ est hui⁹ tp̄is: sed etiā alteri⁹: vt Cicero. Ego in columitati ciuiū primū/et postea dignitati. Ille presenti poti⁹ digni/

tati q̄z future ꝺsulebat: de mortuo loquit. Ergo nō nūc de presenti ꝫ tunc. Quintl. de ipo. Cicl. iā defuncto loquēs ait. Postea vero q̄z triūuirali ꝓscriptione ꝺsumptꝰ est/passim q̄ oderār/q̄ inuidebāt: q̄ emulabant/adulatoēs etiā pītis potētie nō resonsuꝝ inuaserūt. Presentis potentie: q̄ tunc erat pīs. Neqz in p̄teritū modo: vel etiā in futuꝝ: vt Orati. Hec amet: hec nō: hec pīs in tps emittat id est in suū tps: vt dixi: et q̄ñ tps dicende rei aderit: nisi accipiat ꝓ in p̄sentiaꝝ. Vt idē. ñ. carminū. Letꝰ in pīs animꝰ q̄ꝺ vltra est. Oderit curare/et amara lento tēperet risu. Nihil est ab oīni parte beatū. Presens q̄z dicit subitꝰ/et nō dilatꝰ in altez tps. vt Virgl. Pītez q̄z viris intentant oīa mortē. Juuenalis. Pena tñ pīs. et pīs vltio. Unde presentissimū piculū: q presentissima medicina: remediū presentissimū: venenū presentissimū/qꝺ etiā presentaneū vocat: qz statim aut sanat aut occidit. Et q̄ñ ea que pītez vim/effectū q̄z exhibēt: p̄stantioza ac potētioza ceteris videnť. Ideo in hunc q̄z sensū accipi solet. Uñ pīs animꝰ dicit prestans atqz excellens. Et pīs remediū/pīsq̄z virꝰ. id est potens/et in ꝑmis efficax. In rem pītez/nō tps sed locū significat: vt Cicero officioꝝ li. ꝓio Ut si ostitueris cupiā te in rem pītez esse ventuꝝ/ id est ad locū de quo ctrouersia est. Liuiꝰ li. xxxviij. Responderi legatis vtriusq̄ partis placuit: missuros se in Africā: qui inter populū cartaginensem/et regem in re pīti disceptarent. Idem li. xlviij. Eodē anno inter populū Cartaginensez et regem Masinissam in re pīti disceptores rhomani de agro fuerūt. Valeriꝰ maxi li vij. Q. Fabius. Labeo arbiter a senatu finiū ostituendoꝝ inter Nolanos et Neapolitanos datꝰ cū in rem pītez venisset: vtroq̄z sepatim monuit. Ad tps duobꝰ modis sumit. Uno ad ꝺditionē/tpis necessitatē/opoꝛtunitatē. Cice. ꝓ Milone. q̄z ad tps apte simulationes. Quintl. Fingere nimiꝝ ad tps videboꝛ/et rem nimiū manifestā impudēter ꝺploꝛare. Altero ad spaciū tpis: vt silebo ad annū: latebo ad tps: id est vsq̄z ad annum: et vsq̄z ad tps quoꝺdā vel in tps: vt Quintl. Optimū emendandi genꝰ: Si scripta in aliqꝺ tpus reponant: vt ad ea post interuallū: velut noua atqz aliena redeamꝰ id est vsq̄z ad aliqꝺ tps. Nā sepe subintelligit vsq̄z Ut idē Neqz id veteribꝰ rhomanis ꝺdecoꝛi fuit. Argumentū est sacerdotū noīe et religione durans ad hoc tps saltatio: id est vsq̄z ad hoc tempus:

De Stultus Fatuus et Stolidus Ca. cxiij

Stultus qui imprudens est: et improuidus Multiqz nō insipientes hoies aliqñ stulte agūt. Fatuus/plane insipiens est Tractū a sapore cibozꝝ. Nā cū illi nō sapiūt: fatui dicunť Ita homo qui nō sapit fatuꝰ vocat. Martialis. Ut sapiāt fatue Fabiozꝝ prandia Bete. O q̄z sepe

petet vina piperq; cocus. Melior hui⁹ vocabuli videt. hec causa: q̄ q̄ q̄bus dam placet: fatuos dictos qui furore quodā/ quali vxor regis Fauni fatua nomine corripi solebat/ futura predicunt: vt illa faciebat. Stolidus est qui proxime accedit ad naturam/ sensumq; pecudum

De Beatus et felix capitulum cxiiij

Beatus qui reb⁹ om̄ib⁹ ad vite vsum/ ornatūq; spectantib⁹ abūdat Ideoq; locupletes sane hoies beatos vocam⁹: vt apud Juuenalem. Vetule vesica beate. Et Ciceronez Sint florentes/ sint beati. Et alibi Crotoniate quondā cū florerent om̄ib⁹ copijs/ et in italia cum in primis beati nominarent. Vñ apud inferos in helysijs cāpis beati vocātur/ et a nobis q̄ apud superos viuūt: vt pene idē sint felices: et beati. Felicitas et beatitudo. Felices inq̄ omniū bonoꝝ ꝯpotes. Sunt et alie res ꝓ sua queq; natura beate/ felicesq; veluti de voce apud Quintl. Ornata erit ꝓnūciatio: cui suffragat vox facilis/ magna/ beata/ flexibilis/ firma/ dulcis durabilis/ clara/ pura/ secans aera/ aurib⁹ sedēs Beata dixit ꝓ eo. qđ ē plena et ꝑfecta. Et alibi. Nā vocis quantā in nullo cognoui felicitas

De Mollis Ca. cxv

Mollis homo dicit et molle op⁹. Hoc in laudē/ et illud in vituꝑationē. Virgl. India mittit ebur: molles sua thura sabei Idē. Excubēt alij spirantia molli⁹ era. Credo eq̄dez. viuos ducent de marmore vult⁹. Qđ nō sine rōne factū ē Nam q̄ nō fuerit seuer⁹/ fortis et ꝯstās. et in morē rei dure patiēs: resistensq; fortune/ vel aduerse/ vel blande: hic mollis est similis cere: aut tenellis plātis: cū p̄sertim q̄ mollicula mēbra habēt: fere molli sint mēte: vt pueri femineq;. Cōtra aūt milites/ naute/ agricole: vt corꝑe: ita aīo indurati putant. Hoc igit mō mollis accipit in vitiū In laudē vero: ꝙ vt dur⁹ cib⁹/ duꝝ cubile/ duꝝ solū: ita duꝝ ingeniū/ veluti dur⁹ equ⁹ ad domandū/ duꝝ ingeniū ad docendū: et ad (vt sic dicā) sculpendū Eadē rōe molle dicet qđ nō est duꝝ: eritq; laudabile. Quintl. de signis loquēs inq̄t. Illi⁹ oꝑa duriora/ hui⁹ molliora. Dicunt aūt signa oꝑa sculptilia/ siue fusilia/ siue cetera eiusmodi ad effigiē aīaliū fabricata: quēadmodū tabule/ oꝑa pictoꝝ. Siquidē in tabulis antiqui pingebāt: nō in parietib⁹. Hec talia magis dicent mollia que fiunt: q̄ ingeniū quod facit:

De Crudus Capitulum cxvi

Crudus vocat. nō qui cibū indigestū habet in stomacho. sed q̄ egre difficileq; digestibilē: ꝛ a quo offēdit: vel tanq̄ nimio: vel tāq̄ noxio

vt Cicero de Roscio. Qui in cenā nō veniret: qō esset crudior Et Quintl. Crudo oratori declamandū nō putat: Ut cibo indigesto fere et oram⁹/et negocia agim⁹: vel magis q̄z digesto. Siq̄dē digesto/ et modificato cibo itez refici malim⁹/q̄z cetera facere. Appellam⁹ aūt hoiez crudum/presertim qui est truci aspectu/ q̄ eius aspectu oculi nostri offendunt: vt stomachus cruditate cibi/vel q̄ facies crudum habentis animū/ insuauis et feda est: vt facies crudum stomachum habentis: siue crudum cibum/ in stomacho Est etiam crudum idem quod recens. Unde crudus dolor/crudū vuln⁹. Et recrudescere dolor/et vulnus dicitur: quasi renouari. Et cruda poma dicimus: que non sunt matura: vt Cicero: Poma que cruda sunt: vi auel/luntur. Que autem cocta et matura decidunt:

Finit liber quartus Feliciter

liber

Laurentij valle viri disertissimi et oratoris clarissimi de latini sermonis elegantia liber Quintus:

Prohemiū in quo ꝑ metaphorā a puella viro collocanda sumptaz: et dote sex talentoꝝ ei danda: rationes afferunt̄: cur nō pluris de hac materia q̄ꝫ sex libros autor scripserit: et quibus item causis adductus festinantius q̄ꝫ statuerat. hos ip̄os libros ediderit

Tertius iam mihi. et prope quartus annus agitur peregrinanti semꝑ/et ꝑ omnia maria/terrasq̄ꝫ volitanti: ꝓxima etiā estate/et quidē totā militiā experto Quod vtꝝ honestiore/an magis necessaria causa fecerim haud equidē scio Illud tñ vel me nō affirmante/indubitatū cunctis esse nō ambigo: q̄ maxime atq̄ꝫ adeo sola studioꝝ presidia sūt: ea mihi om̄ia defuisse lr̄atoꝝ ꝯsuetudinē/libroꝝ copiā/ loci oportunitatē/ tp̄is otiū, ip̄az postremo animi vacuitatē. Quoꝝ singula cū plurimū incōmoditatis afferāt/dū desunt: q̄d tandē putandū est vniuersa fecisse: Tam etsi repugnauim⁹ assidue. et quoad licuit necessitatib⁹ reluctati sum⁹ Interq̄ꝫ nauigandū/peregrinandū/militandū/frequenter ad studia respeximus ita vt si nihil lucri in litteris (q̄d optabam⁹) certe q̄d ꝓximū est: nihil dāni facerem⁹. Q̄d si nō ꝯtigit: iacturā hanc multaꝝ reꝝ notitia. quas vel vidimus/vel sum⁹ exp̄ti/fortasse pensabim⁹. Hac em̄ p̄cipue via Homer⁹ informandū esse viꝝ sapientē p̄cipit Ulixis exēplo Ita nanq̄ꝫ odysseā inchoat Dic mihi musa viꝝ capte post tp̄a troie. Qui mores hominū multoꝝ vidit/et vrbes. Quanq̄ꝫ q̄d tergiuersamur: q̄d blanda aut inani excusatiōe nosmet fallim⁹? Qualescunq̄ꝫ redierim⁹: nihil tñ quo dotem filie iam me absente adulte ampliare queam. attulim⁹ Et collocandi iaz tp̄s est. satiusq̄ꝫ multo q̄ꝫ primū nuptui dare. q̄ꝫ diuti⁹ custodiendo/pudicicie periculū adire. Mira em̄ est puelle vel ꝓcoꝝ vel amatoꝝ multitudo. Ip̄aq̄ꝫ teneri amplius nō vult. Et (q̄d me valde solicitū facit) alios magis incipit amare: q̄ꝫ patrē. Quare nō vocat cōp̄are plura: quo splendidi⁹, ac magnificenti⁹ collocem⁹. Sex nanq̄ꝫ talenta que ante ꝓfectionē nr̄az parta ac reposita erant: in dotē dabim⁹. q̄d cū satis esse debet: tū plus est q̄ꝫ q̄d multo post hec tp̄e accessionis adijcere possem⁹. Et certe similia impedimenta (vt de morte taceam) extimescenda sūt. Ne forte (q̄d dij omen auertant) vel absente pr̄e/vel mortuo: filia (vt que ea etate atq̄ꝫ adeo ea mente sit) prostet. Sufficiāt igit̄ huic operi quattuor sup̄iora volumia, quintūq̄ꝫ hoc de verbis/accedente sexto de notis auctoꝝ. ꝙ si etiā plura scribendi facultas. tē/

pusq; suppeteret: nescio an faciendū putarē. cū sciā ea que vel optima atq; pulcerrima sunt: nisi ꝯpendij gr̄a iuuent̄: vt pontificales olim cene longitudinis fastidio laborare Simulq; hui⁹ de qua loquor materie neminē (de prudentib⁹ loquor) vniuersū corp⁹ aggredi esse ausū. Suaz sibi vnusq̄sq; particulā ad scribendū delegit/ siue ne longiore ope legentib⁹ fastidiū moueret (Qd̄ em̄ vocabulū nō suā habet in significādo elegantiā) siue immēsitatē/ infinitatēq; voluminū veritus. Quib⁹ reb⁹ me q̄z motū fuisse fateor tū mea sponte: tū illoꝝ exemplo maxime/ ne semp impfectū/ ne semp inclusum habere ne semp efflagitantib⁹ c pus negare videamur/ ne ve quibus obsequi: et a quib⁹ laudū suffragia nancisci cupim⁹: eisdē iuste querele iusteq; vituperationis materiā prebeam⁹. Cū eo q̄ insidiatores et fures re expertus (vt secundo libro dixi) cauere debeo: quos nunc multo plures esse ac fore amici ostendūt. Que causa Prisciano (vt ip̄e testat̄) fuit: vt festinātius opus illud de arte grāmatica ederet. Hac eadē nos causa et ceteris quas enumerauim⁹: sum⁹ adducti. nō modo vt festināti⁹ libros nr̄os. veꝝ etiā vt pauciores ederem⁹. Et illi emuloꝝ tantū insidie nocebāt. Mihi etiā preter cetera fautoꝝ atq; amantiū studia nocent Tradat̄ ergo aliqñ viro puella ꝯtenta hac (quātulacunq;) dote. Nō em̄ formosā esse credibile est: que maritū nisi magnitudine dotis ꝯciliante nō inuenit. Virgo presertim Maritū aūt puelle cetū lr̄atoꝝ intelligim⁹: a quo sanctitatē vxoris pudoremq; et custoditū esse cupim⁹: et custodiri debere testamur. Sed ad ꝓmissam verboꝝ disputationē (cui⁹ hoc libro locus est) descendam⁹:

Incipit liber quintus capitulum Primū

De Disco Edisco Dedisco et Dedoceo

Disco et edisco manifeste dr̄nt. Nā discere est vt intelligas. Ediscere vero vt memoriter ꝯplectaris. Ideoq; capitulū apd̄ Quintil. qd̄ inscribit̄ de ediscēdo: ita incipit. Illud ex ꝯsuetudine imitandū ꝓrsus existimo in his de quib⁹ nunc disserim⁹ etatib⁹: ne omnia que scripserint: ediscant: et certa (vt moris est) die discant. Dedisco: qd̄ didici obliuiscor. Dedoceo te: ostēdo falsū esse qd̄ doct⁹ es: docēs qd̄ veꝝ est: vt apud eundē in. ij. Et quidē ꝑus ac difficili⁹ opus dedocēdi q̄z docendi. Illud quo quidā vtunt̄ instruo: quale est instruā te in via hac qua gradieris nobis apud idoneos auctores incomptuz est. Dicim⁹ em̄ Instruo classē: istruo aciē: instruo causā: instruo militē: instruo rogū: istruo agꝝ nō ꝓprie d̄r ꝫ colo agꝝ Sic nec instruo vineā ꝓprie d̄r ꝫ pastino. Similit̄ dicim⁹ instruo cauponē seu nautā. nō aūt discipulū: aut mentē alicui⁹ nisi eo mō q̄ instruim⁹ ea que dixi

De Excogito Repio Inuenio Offendo Nact⁹ sũ

Excogitare est ꝑ cogitationẽ inuenire Idq; ad res tm̃ in corporeas ꝑtinet: vt excogitauit argumẽta/rõnes/ figuras/causas. Est ergo excogitare ꝯsilij: repire vero fortune. Unde Oui. Tu nõ inuẽta repta es. Sz iã vsus obtinuit: vt idẽ sit repio: qđ inuenio Est ãt iuenire vl' ꝯsilio vel casu vl' corporea siue incorporea repire Offẽdo fere qđ repio Neq; solũ rẽ verꝝ etiã: et ad statũ reꝝpublicaꝝ vel ꝑuataꝝ ꝑtinet: vt offendas r.p. perturbatã ꝯsilijs nepotis mei Verꝝ etiã sine his. Ut idẽ Cicero. Sed tñ neminẽ tã maleficũ offendi q̃ illũ negaret Antoniũ dignũ senatu. Nactus sum etiã ꝓ inueni/seu repperi frequent accipit Ut idẽ in ꝑadoxis. Eũ tu hoiez terreto: siquẽ eris nact⁹ istis mortis aut exilij minis Et de senectute. Viris q̃dez que natura caduca/ et nisi fulta ẽ fert ad terrã/eadẽ/vt se erigat clauicul' q̃i manib⁹ q̃cq̃d ẽ nacta/ꝯplectit:

de desipio desipisco et resipisco Ca. iij

Desipio/siue desipisco significat vel qđ aliq̃d a cõi sensu sapiaq; min⁹ habeo: vel qđ a meo sensu destituor. Qđ vere vitiũ aut ex etate venit/aut ex morbo/aut amore aut timore/aut simili aliquo affectu. Cui⁹ contrariũ est resipiscẽ. Et senes q̃dez iã dementes nunq̃ resipiscũt. Ceteri resipiscẽ id ẽ/ad ꝑorẽ mentis statũ: vel ad meliorẽ mentẽ redire solẽt. Terẽti⁹ Multo oim nũc me fortunatissimũ puto esse gnate: cũ te intelligo resipiscẽ:

de Prohibeo et Inhibeo Ca. iiij

Prohibeo vel generale nomẽ est/vel ante rem inceptã. Inhibeo ãt re iam incepta: Illud vetat/neq̃d facias/vel neq̃d incipias. Hoc ne pergas ire/desistasq; ab incepto Virgi. Qđ gen⁹ hoc hoim: q̃ve hũc tã barbara morẽ. Permittit patria: in hospitio ꝓhibemur arene. Idẽ: Parcite iã rutili: et vos tela inhibere latini: Et illud Ouidij Heroidũ Siqua cura mei erga te pia mouet Horesten. Inhibe non timidas in tua iura manus

de Vtor Fungor et Fruor Ca v

Vtor et fruor apte drñt/ꝫ nõ ea rõne qua q̃dã volũt/oia sua impitia ꝯfundẽtes: q̃ aiũt. nos vti hũanis/frui ꝟo diuinis Imo et diuinis vtimur: ⁊ hũanis fruimur. Quis em̃ m̃ vsũ diuinoꝝ intdicat? Quis rursus vetet me frui reb⁹ meis: labore et idustria ꝑatis? ⁊ q̃s dicat me frui sacris cũ ĩ illoꝝ ꝟsor vsu atq; admistratõe Vl' q̃s neget cũ voluptati operã do me frui his reb⁹

vnde capio voluptatē: q̄ si dicerent debere nos frui reb⁹ diuinis: vti vero humanis. Quanq̄ ne in hoc q̄dez illis accedo fortasse audirē. De reb⁹ cū nō de verbo disputarēt. Nūc verbū exponūt: nō res: sed hos cū sua impe ritia (qđ fedi⁹ est) cū sua ptinatia relinquam⁹. Vti igit̄ est alteri⁹ rei gr̄a. Frui nulli⁹: sed (vt sic dicā) ꝓpter se. In illo iter est. In hoc meta. Hoc alte ri⁹ finis ad quē illud tendit Qui hoc habet q̄escit et otent⁹ est Qui vtitur: nunq̄ otent⁹ est: semp q̄ vlteri⁹ tendit. Ideo q̄ reprehensus est Hānibal. q̄ cū posset vti cannensi victoria: frui maluit. Vtor armis: vtor domo: vtor libris: vtor studio: diligētia: opaq̄: q̄ ex hoc postea emolumenti aliq̄d bo niq̄ osequor. Fruor bonis meis: fruor tuo aspectu: tuo colloquio: tuo can tu: hoc est delectationē: voluptatēq̄ ꝓcipio ex hac re: atq̄ ex hui⁹ rei vsu. Nōnunq̄ eadē re duo piter hic vtit̄: ille fruit̄: vt si alter ad focū sedeat sa nitatis causa: alioq̄n id nō fact⁹: alter voluptatis Hic non tendit vltra sed apud finē ip̄m q̄escit. Ille nō otent⁹ p̄nti otione ad vlteriora tendit: qualis hanibal si fuisset: nec tā p̄nti victoria req̄escere: q̄ ꝓgredi maluisset nō cū ad herbal scire vincere: ꝫ victoria nescire vti: dixisset id est q̄ frui illa q̄ vti maluerat. Dicim⁹ tñ nōnunq̄ vtimur ꝓ fruimur verecūdie cuiusdā causa: vt vtor pane triticeo: vtor palmulis: vtor ficis: quasi viuendi poti⁹ causa edam⁹ q̄ edendi causa viuam⁹ Deniq̄ frui est delectationē capere ex vtendo. Itaq̄ in idem recidunt: idemq̄ efficiunt frui: delectari: voluptatē capere. Quo fit: vt nō fuerit causa: cur recentiores hoc vocabulū frui: vnde venit fruitio: solis reb⁹ diuinis dare voluerit. Habet em̄ hoc verbū duo supina fruitū q̄ fretū. quoꝝ primū vix in vsu est: nisi apud eos qui verboꝝ nouitatib⁹ et gaudent et gloriant̄. Secundū significat cōfisus: vt fret⁹ fortasse familiaritate: que est ei tecū: ausus es cōfiteri. Adiungim⁹ etiā alteꝝ verbū ad persona (de vtor dico) significatq̄ ouersor et opa sua vtor Idē Cicero ad Celiū. Fabio viro optimo et homine doctissimo familiarissime vtor. Et inde fit vsus mihi tecū fuit id est ouersatio: familiaritas: consue tudo Quintl. Mulierem cū qua longus illi fuerat vsus. Atq̄ q̄ solemus aliqua re ideo vti vt ex ea fructū percipiam⁹: factum est: vt dicamus vsum ꝓ vtilitate q̄ fructu: tam in singulari q̄ in plurali. Quoꝝ exemploꝝ plena sunt omnia. Fungor aūt idem est quod officium: munusq̄ ago: vt fungor magistratu: fungor pretura: fungor legatione: fungor officio delegato: fū gor munere iudicis: fungor aūt vita: q̄ fungor officio vite: et munere ad ministrandi, gubernandiq̄ corpus. Munere inquā assignato nobis ab im peratore deo. Inde defunctus est vita: id est finiuit officium vite Virgil. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Titus Liuius. Defuncta mor bis corpora salubriora esse incepere. Defunctus periculis: q̄ finita sunt pe

ricula:et defuncta morbis corpora:q̄ finiti sunt morbi corporꝝ. Legimus aūt defunct⁹ morte id est vitam finiuit De potior dixi alio loco

de Sto Sedeo Sido Sisto Cap. vi

STare est nō ire/in his duntaxat que eunt sine pedib⁹: aut que erecta nō sūt:vt nauis stat/flumē stat/currus stat sol stat. vñ est solstitiū:et iustitiū:qꝛ ius stat:forūqꝫ clausū est. Anguis etiā et piscis et lacert⁹ et auis in aere stat. Quedā e diuerso que erecta sunt dicunt̄ stare q̄ꝫ diu nō cadūt.sed hec fere sunt inanimata: vt arbor stat/simulacꝝ stat/domus stat/columna stat Quedā vero dicunt̄ stare:nisi nec eant: nec erecta sint:vt homo/equ⁹/volucrisqꝫ stat Nāqꝫ homo cū sedet/et equ⁹ cū recūbit/et auis cū cubat:nō stāt:nec tñ eunt. Illud tñ notandū aliter dici:sedere de hōib⁹/aliter de auib⁹ Nā cetera nō sedent:nisi simia:et siq̄d est simile Ip̄m vero sedere auiū est in loco altiori esse:vt passer sedet in tecto: irundo sedet in pertica:cornix sedet in arbore. Nec recte dixeris stat in arbore sed tali poti⁹ quodāmodo cornix stat nō cubat Virgl Alitis in parue sbitā ꝯuersa figurā:Que quondaꝫ in bustis aut culminib⁹ desertis Nocte sedens/serū canit importuna ꝑ vmbras. Quintl. Vt si querat̄:an sit credibile sup caput Valerij pugnātis sedisse coruū qui os/oculosqꝫ hostis galli rostro/atqꝫ alis euerberaret. Deniqꝫ eodē modo dicit̄ sedere auis supra rem quāpiā/vt hō sup equū:aut iumentū nō dicit̄ stare/aut manere/sed sedere quocūqꝫ modo/aut quocūqꝫ corpis habitu gestuqꝫ ꝯposit⁹ sis. Sidē aūt a sedē multū distat. Est em̄ sidere deorsū descendē pessūqꝫ ire Virgl. Sedib⁹ optatis gemina sup arbore sidūt id est ab alto demittunt̄. Vñ de sido/subsido:vt idē Subsidere valles Et iterꝝ Subsedit dubi⁹ Nā (vt ego sētio) a sedeo p̄teritū mutuat̄ Inde insido q̄ꝫ insedi:ꝛ resido resedi:assido assedi. Siquidē assidere est apud aliquē vt egrotū:vt regez sedere Cū em̄ Salusti⁹ inq̄t. Cōsul postq̄ꝫ assedit:magis ab assido q̄ꝫ ab assideo p̄teritū hoc esse significatio pōt esse documento Vt aūt a sedeo distat sido:ita a sto sisto:vt siste gradū:siste fugā:siste lachrymas:id ē. Fac stare gradū:stare fugā:stare lachrymas. Atqꝫ vt illa supiora idē p̄teritū habēt:vel alterꝝ ab altero mutuū sumit:ita hec duo idē supinū:vel sisto a sto/vel sto a sisto accipit/q̄d est statū. Vñ fit stator:q̄d magis a sisto q̄ꝫ a sto descēdit. Ob idqꝫ Jupit̄ stator vocat⁹ est/q̄ Romulū orantē:vt fugā suoꝝ sisteret/audiuit. Quare nescio cur hieronym⁹ aduersus Jouinianū dixerit:offendit Jouē statorē:q̄ libenter sederit.quasi Jupiter stator a stando dicat̄: et non a sistendo. Nimirꝝ oblitus historie est.vt sup Jonā fabule:vbi ait:Ex Joppe iudee portu Andromeden a Perseo liberatam In quo incolaꝝ manifest⁹

est error: qui cũ legunt ꝙ Jonas surrexit: vt fugeret in tharsis et venit in Joppen: opinant hanc esse Andromede vrbem: cum sit in India ciuitas tharsis: vnde illa fuit: vt ipe quoqꝫ hieronim⁹ meminit. Ouidius libro primo de arte amandi Perseus andromeden nigris portauit ab Indis. Et Sapho ad Phaonẽ. Candida si nõ sũ: rapuit cepheia pseo Andromede patrie fusca colore sue. Eadẽ obliuio eiusdẽ fuit ꝙ gallos matris deum in Osee/ait esse ex gente gallorꝫ: qui a rhomanis ob ignominiã illi⁹ nationis vindice animo effeminant: cũ a grecis hoc antea/vt tũc fuerit factitatum. Sistere dicim⁹ etiã ꝓ representare/et pñtiaꝫ corpis exhibere: dictũ ab eo qđ nõ tm̃ cõparere quis debet: nisi et manserit: Vnde de iudicio sisti: hoc est de sistendo aliquẽ in iudicio. Cicero ad atticũ. Des operã id qđ mihi affirmasti: vt te ante kal. Januarias vbicũqꝫ erim⁹ sistas. Et hinc Stator nunci⁹ tabellari⁹ ve ꝯsulis. Idẽ de officijs. iij. Vas fact⁹ est alter ei⁹ sistẽdi: vt si ille nõ reuertisset moriendũ esset sibi. Virgl. Et patrio te limie sistã

de Appeto et Expeto Capitulum vij

Appeto cũ affectu. Expeto cũ ratione. Appeto qualiacũqꝫ Expeto honesta/planeqꝫ bona. Vñ de reb⁹ expetendis scp̃sere philosophi que scꝫ peti debent: nõ aũt de appetendis. Ex quo deriuat appetitus: qui immensa et immoderata cupiditas dicit. Quare qui dixit omnia bonũ quoddam appetere videntur: mallem dixisset expetere:

de Vendico et Vindico Ca viij

Vendico idẽ est qđ (vt sic dicã) approprio: ac meũ esse dico Quintl. Circo vsitatũ est nomen Peni sibi vendicant. Et iterꝫ. Rustic⁹ petit partem bonorꝫ/orator sibi totum vendicat. Et fere hoc verbũ postulat datiuũ. Et hunc frequentissime ex ꝓnominib⁹ primitiuis. vt hunc agrũ ego vẽdico m̃, tu vendicas tibi. frater vendicat sibi Vindico vlciscor vnde vindicta. quotiens iniuriã ꝯtumeliã ve illatam punio. Interdũ vindico idẽ est quod ab iniuria ꝯtumelia ve siue iactura facienda/ defendo. Cicero ꝓ marcello. Nobilissimãqꝫ familiã iam ad paucos redactã pene ab interitu vindicasti Idem de senectute. Et est senectus natura loquatiorne ab omnib⁹ eam vitijs videar vindicare. vitijs id est vituperationibus: quẽadmodum criminibus. pro criminationibus. Dicimus vindicare in libertatem: aut in seruitutez: quasi asserere in libertatem/ aut in seruitutem/ non (vt quidam volunt) vendicare: vt Liuius libro. xxxiij. Intermori vehementioribus qꝫ que pati possit/ remedijs ciuitatem sinere/ in ipsa vindicta libertatis perituram. Et in primo Judici pecunia ex era/

rio libertatis/et ciuitas data. Ille primū dicit vindicta libertatī. Quidaz vindicie quoqz tractū ab illo putant Vindicio ipi nomē fuisse. Ego nescio an vendico reperiat/sed tm vindico

de Explodo Complodo et Supplodo Ca ix

Explodo nō tm significat ejcio/sed ejcio manib⁹/et quidē cū sono pulsantib⁹: qualiter quēpiā e domo/e theatro/ex aliquo osilio/inie ctione manuū atqz pulsatiōe ejcim⁹. Qō apparet ex alijs a plodo opositis. cōplodo et supplodo. Etem est oplodere aduersas man⁹ inuicem collidere: qō fieri plurib⁹ de causis solet: vel ad testificandū more femiaz dolorē: vel p gaudio: vel pter subitā admirationē: vel siqne sunt alie cau se. Supplodere est pedē terre incutere: qō interim solet in oratore laudari. Itaqz cū dixit Cicero. Qm̄ Pyrronis Aristonis et Herilli iampridem ex plosa sententia est/appositissimo vocabulo (vt semp) est vsus. Nō cm̄ dixit iectā sententiā eo modo quo cetera ejciunt: sed quasi pulsatione manuū tanqz ipi illi hui⁹ sententie autores ab ipo cetu iniectis in eos manib⁹ eie cti sunt: vt apertius alio loco indicat. Histrio si paulum se moueat extra numeꝛ: aut si versus pnunciatus est vna syllaba breuioꝛ aut longioꝛ ex/ bilatur: explodit̄ur

de Dico et quibusdā deriuatis ab eo Cap. x

Dicere pzie est oratoꝛ/et eleganter: facundeqz loquentiū. Quintl. li. x. Nam mihi ne dicere quidē videt: nisi qui dispositē/ ornate/ co pioseqz dicit. Cicero de officijs. vt nō modo grecaz lraz rudes: sed etiā docti aliquantulū se arbitrent adeptos: et ad dicendū: et ad iudi/ candū: id est in oratoria arte: q in pbia. Omes fere codices habent discen dū p dicendū. Qō exemplū ideo subieci potissimū: vt vulg⁹ emendarem. Dm̄ dictio vocat oratoria et facunda oratio. Nā ab illo generali hui⁹ ver bi significato fit dictio: que est vocabulū siue verbū. Ex hoc ipo verbo di co duo frequētatiua oriunt: dicto et dictito. sed posteri⁹ poti⁹ frequētatm̄ est. Et idē est qō frequētib⁹ tpib⁹/frequentibusqz locis dico et narro. Alte rum aūt est/qō dico: si id alter scribens excipiat: et manu stiloqz notet: vt Cicero ad atticū quadā epistola testat se illā nō scripsisse: sed repandi la teris gratia obambulantem dictasse. Et Quintl. Delicias dictandi appel lat: sentiens delicati nō laborioši esse dictare. nec accurate dictando scribi. Ita ducta sūt dictito et dicto a dico: vt ventito et aduēto a venio: q eadē pene rōne significant. Nam ventitare est frequēter venire. aduentare vero primū iaz esse veniendo. Victitare aūt eodē modo dicit: significatqz nō

frequenter viuere:sed vesci/et quasi victu vti/siue tali genere vict⁹ frequen/tissime et fere semp vti:vt sarmate victitant lacte. Dictū et dicta de omni sermone intelligunt:sed specialē q̊z significationē habent ꝓ dicacis sermone. vnde dicta ē dicacitas:quā Quintl.sic definit Dicacitas sine dubio a dicendo.q̄ ex omni genere ꝯmuni dicta est. ꝓprie tñ significat sermonē cū risu aliq̊s incessentē Ideo demosthenē vrbanū fuisse dicūt, dicacē negāt Dicacis igit(vt.dicebā)sermo cū risu aliq̊s incessens/dictū vocat q̊d grece: dicit Quale ē Ciceronis.Nisi forte iure germanū Cimber occidit.Germani/quos francos nūc dici Hieronym⁹ ait. et Cimbri nationes sunt olim inter se dissidentes Cicero aūt de quodā cui nomē erat Cimber.a quo frater occisus est/loquit/captās risum ex hac ip̄a ambiguitate sermonis.Et illud Terentiani thrasonis in adolescentulū:q̊d Gnato vet⁹ dictū est,credidisse se simulat:id est veterē facetiā ac vet⁹ ridiculū.Tute lepus es:et pulpamentū q̄ris. Valeri⁹ martialis ad Domicianū. Cōsueuē iocos vr̄i q̊z ferre triūphi Materiā dictis nec pudet esse ducē.Qualia aūt sūt dicta:que in ip̄m triumphantē milites ioculari solebāt Illud q̊d Cesari dictatori fuit decantatū:erit exemplo Cesar triumphat:q̄ subegit gallias.Nicomedes nō triumphat qui subegit Cesarem.Illud subegit/et cesarem:in quem dicit mordet:et alijs/apud quos dicitur risum mouet

De Adorare et Supplicare capitulum xi

Adorare ab oro:quod est ore precor/ꝯponit.Supplicare a plico:q̊d genu poplitēq̄z/aut ceruicē plicam⁹/cū a potētiore aliquo magnum aliq̊d p̄camur Et tñ adorare sine oratione est.hoc est sine voce fit. Supplicare nō sine plicatione genuū/ac gestu corpis:nō sine ore et voce Hinc est quare supplicare tm̄ homini dat.Adorare etiā mutis.Vñ elephas et phenix ⁊ alia quedā irrationabilia solez adorare dicunt.Nosq̄z rebus mutis et sensu carentib⁹ non supplicamus:sed adorationis honorem exhibemus vt regum statuis/signis vestibus:litteris:alijsq̄z similibus.Et precipue picturis imaginibusq̄z:tum dei:tum sanctorum:tum ip̄ius etiam crucis:quā sapientes adorant:stulti etiam orant.Quod de cruce:idem de sudario dico:ceterisq̄z similibus Idem de reliquijs sanctoꝝ:quoꝝ corpora presentia adoram⁹:animas vero absentes oram⁹. Siquid aūt ad hec muta que videm⁹/dicim⁹ /salutatione vtimur:nō precatione quale ē Salue sancta crux

de Assurgo Capitulum xij

Assurgunt sani vt stent aut vt obuiaz eant:Assurgunt egroti vt sedeant aut vt cubito innitant. Vtroq̄z modo in alteri⁹ honorem aut of

ficij/aut beniuolentie causa hoc agentes. Ideoq; fere adiungit datiu⁹: vt aduenienti magistratui om̄es assurgam⁹/etiaz morbo affecti: videlicet ob honorem. Et pater cū iaceret in lecto/redeunti a peregrina militia filio assurrexit: optatissimū illud caput amplexurus. Nempe ob charitatem

de Sustuli Ca xiii

Sustuli filium ex vxore id est habui filium. Item sustuli filium id est educaui. Et ab vtroq; fit sublatum. Primū est a tollo/pro capio: Secundū a tollo pro educo. Paulus. Tamen intelligendū est de his legem sentire: qui liberos tollere possunt. Itaq; si castratum libertū iureiurādo quis adegerit: dicendū est non puniri patronū hac lege Quintl. Cupidus ego liberoꝝ vxorem duxi. filiū sustuli/natū educaui/in adolescētiam perduxi. Aliud est igit hic sustulisse/et educasse Et alibi. Qui ex duobus legitimis alteꝝ in adoptionez dederat: alteꝝ abdicauerat/sustulit notum id est habuit Quanq̄ paꝝ ꝓprie significo: quod volo Nam vt femia cū mater fit: dicit peperit filium: Ita vir cum fit pater/dicitur sustulit filiū Terentius. Quicquid peperisset decreuerunt tollere: id est educare. Idem Meministi me grauidā esse/ꝛ mihi te opere maximo si puellam parerē/nolle tolli Chremes. Scio: quid feceris. sustulisti. Eodem modo dicimus tulit filium/et sustulit. Suetonius in Domiciani vita. Deinde vxorem domiciani ex qua in secundo consulatu suo filium tulerat repudiauit. Alia duo significata notiora sunt/ quoꝝ alteꝝ est/sūmouisse: vt Virgilius. Jubet et sublata reponi pocula. Alterum in altum tulisse vt idem. Et sublatum surgit in ensem. Que duo declarantur ex illo in Neronē epigrammate. Quis neget Enee magni de stirpe neronem? Sustulit hic matrem/sustulit ille patrem. Hic sustulit matrem: qui occidit: et de medio abstulit. Ille sustulit patrem id est supra humeros sumpsit/et. ab incendio eripuit

De Prouoco et lacesso Cap. xiiii

Prouoco in malam partem dicitur/et in bonam. De mala notum est. De bona vero Cicero ad brutum. Tuis litteris amantissimis sum prouocatus. Lacesso plerumq; in malum vt idez. Sed iustitie primū munus est: ne cui quis noceat: nisi lacessitus iniuria. Sed nō nunq̄ in bonum. vt idem quinto Tusculanarum. Tuis me amantissimis libris lacessisti. Et ad atticum libro. xiij. Cum ip̄e homo nunq̄ me lacessisset. id est nunq̄ me libris suis prouocasset. ad respondendum. Est autem prouocare et lacessere tentare ad pugnam et ad contertationem

De Hio Hisco et Dehisco Cap xv

Hiare est aliquid sua sponte ex extrema aliqua vi diffindere: vt telus estu et ligna aridítate aut nimio labore hiant. Hiscere est quidem oris et tñ humani: et accipit p eo qđ est loqui: aut os aperire ad loquendū. sed fere p negationē: vt coram illo nō audeas hiscere: aut p interrogationē. Quid nunc habes q hiscere audeas. Ouidi⁹ tñ poetice dixit. Hiscere nempe tibi terra neganda foret. Cum oratores soleant poti⁹ dicere dehiscere id est deorsum pessumqz se aperire:

de Do et habeo fidem Ca. xvi

Do fidem nō est (vt nunc multi loquūtur) des fidem verbis illius: et nō dedit fidē illi, secū tantis verbis loquenti. Ibi videnť significare q nō credať illius verbis/qđ latine dicit fidem habere. Loquendūqz sic poti⁹/habeas fidē verbis illi⁹. nā dare fidē est aliqđ sancte p mittere. vt Terenti⁹. Grauidaqz facta fidem dat vxorē sibi fore hanc Virgili⁹ Accipe/daqz fidem id est accipe sponsionē sanctā a me/ et tu da mihi vicissim tuam. Quintl. Fidem habeas hominibus: quos mentiri alios affirmat. Actius apud Ciceronē. Neqz dedi: neqz do infideli cuiqz fidē id est non p̄mīsi vere ex animo: quia ipe mereť: vt vicissim fallatur

De Pre se fero Ca. xvij

Pre se ferre est dicto facto ve: et ipa statim fronte qualē opinionez de aliqua re aut homine habeas: ostiteri. Quintl. Fiduciā igitur p̄ se ferat orator: sempqz ita dicat: tanqz de causa optime sentiat. id est ex ipo aspectu oratoris/ex ipa voce ex ipa tota oratiōe eluceat fiducia Quēadmodū qui pugnaturi sunt in vultu et gestu indicant tacitā vel formidinē vel fiduciā: hoc est pre se ferūt. fiduciā vel formidinē. Cicero Nam ille qui accipit iniuriā: meminit/et pre se fert id est ait se accepisse iniuriam: mentem ve se habere p̄sequēde iniurie ostendit. Item Ut beneficio sū vsus tuo. Qđ quāqz illud ipm qđ memoras: p̄ me semp tuli: malui tñ me tibi debere ostiteri: qz cuiqz min⁹ prudenti/nō satis grat⁹ videri. Pre se ferre q ostiteri p eodē posuit In eundē sensū accipi solet p̄fero. Item pre me duco pre me gero/ante me duxi. Idem. Et tñ cū ita viuit: neminē pre se ducit hominē. vbi accipit pre se/ante se: vel in opatione sui. Et alibi Pre se vtilitatē gerit. Et alibi. Tñ iniuriā a te in me iactam semp ante me duxi

de Rationem habeo et ratio constat Ca xvij

Rationē habeo: idem est qđ respectū habeo sed tantūmodo in bonū Ut habenda est ratio salutis/ratio honoris/ratio rei familiaris: non aūt infirmitatis/turpitudinis/ incōmodoꝝ: vt quosdam annotaui scribentes vt facis contra rationē valitudinis: id est nō habes respectū valitudinis. sanitatis inquā nō egritudinis: que duo hoc significat nomen: que exempla quia passim inueniunt̄ omitto. Cicero inusitatius inquit ad mariū. Pudori tñ malui cedere q̄ꝫ salutis mee rationem ducere. Et in. ij. Officioꝝ. Siue ratio substantie virtutisq̄ ducit̄: aut hec ars est/ aut nulla omnino: ꝑ quā eā assequamur. Et hoc fit cū genitiuo. Cū ablatiuo aūt preposita prepositione cū/habet aliam significationē/vt Cicero in Catone maiore. Rationē habet cū terra: que nunq̄ꝫ recusat imperiū id est negotiū et cōmertiū habet cū terra. Quod ꝓbat̄ ex illo in Tusculanis. Quis est omniū qui modo cum musis id est cum humanitate et doctrina: habet aliquod cōmertium? qui se non hunc mathematicuꝫ malit q̄ꝫ illū tyrannū Idem ad Atticū Nunc vero qm̄ ea que putaui preclara/expertus sum: q̄ꝫ essent inania: cū omnib⁹ musis rationem habere cogito. Rationē constare (vt breuiter dicā) est equā legitimamq̄ꝫ rationē aut ostendi aut apparere ostendi posse. Plinius iunior. Mihi et tentandi aliquid et quiescēdi illo auctore ratio ꝯstabit. Et iteꝝ. Miꝝ est q̄ꝫ singulis dieb⁹ in vrbe ratio constet aut ꝯstare videat̄: plurib⁹ cunctisq̄ꝫ nō ꝯstet. Ulpian⁹. Plane si defendēdi gratia aliquid fecerit: rationē ei ꝯstare appareret: id est rationē eū iustam aut ostendere/aut facile posse ostendere

De e ⁊ ex diuersis nōib⁹ verbisq̄ꝫ appositis ca. xix

E Re pub. id est ꝓ re pub. est. Quintl. Ad hoc nemo dubitabit: quin si nocentes mutari in bonaꝫ mentē aliquo modo possunt: sicut posse cōceditur: saluos eos esse magis e re pub. sit/q̄ꝫ puniri. E republica dicendū est: vt in Oratore Cicero: testatur. non ex republica. Tollitur em̄. x. sicut in omnib⁹ fit fere: que ab r incipiunt. vt e regione id est ex opposito vel ex aduerso atq̄ꝫ econtrario: non ex regione. e re mea. e re tua. e re nostra. Liuius li. xxxij. Perinde ac non postulauerint que e re sua essent sed suaserint: que nobis censerent vtilia esse. Similiter e dignitate: ex vtilitate: ex vsu: pro eo quod esset pro dignitate vel ad dignitatem: vtilitatem vsū: Cicero. Ex tua ac reipublice dignitate facias. Et alibi. Legem (vt equum est) ex vtilitate reipublice considerate. Terentius. Quod ex vsu fiet. Cesar in commentarijs. Utrum prelium committi. ex vsu sit. Ex tempore dicere est ex improuiso et impremeditatum dicere. Nec domi compositam orationem afferre. Hinc vocatur extemporalis oratio. Persius etiam ait. Ex

tempore viuē: Ex tpe q̄z agere. Cicero officioꝝ. ij. Quos credim⁹ expedire rem: et ꝯsiliū ex tpe cape posse. Alit̄ idem in. iij. eiusdē opis libro dixit. Uni⁹ generis questiones sunt he om̄es in quib⁹ ex tpe officium querit. Ex tpe quasi ex tpis ꝯditione. E renib⁹ laborat: Idem inquit. hoc est morbū in renib⁹ patiebat̄ Ex vinculis causaz dicere est alligatū respondere criminib⁹ vt ex equo pugnare est in equo sedentem pugnare.

De Estimo et existimo Ca xx

Estimo et existimo a plerisq̄z ꝯfundunt̄: cū diuersa sint/sicut cogito et excogito. Ante em̄ est cogitare/deinde excogitare: licet nō q̄cunq̄z cogitat statim et excogitat Ita p̄us rem estimam⁹. deinde qualis sit existimam⁹. Estimare em̄ est ꝯsiderare. Existimare v̄o iudicare. Quintl. Cōsumptis affectib⁹ nō reperiēs quo digne modo vultū p̄ris posset exprimē: velauit ei⁹ caput: et suo cuiusq̄z animo dedit est mādū. Cicero de legib⁹. Sisenna ei⁹ amic⁹ om̄es adhuc scp̄tores: nisi q̄ forte nondū edi/derūt: de quib⁹ estimare nō possum⁹: facile supauit Et in verrinis. Expendite hec atq̄z estimate. Vn̄ dictū est estimare ꝑ taxare/ab es eris/et thimie grece qd̄ est pretiū latine. Ouidi⁹. iij. de tristib⁹ libro. Qd̄ quicunq̄z leget (si quis leget) estimet ante. Compositū quo sit tpe/quo q̄z loco:

De cōiuro et cōspiro Ca xxi

Coniurare et ꝯspirare fere in malū accipiunt̄/quotiens in patriā/ a bonū p̄ncipē ꝯiuratio fit atq̄z cōspiratio Sed si honesta causa id fiat in bonū etiā accipi debēt Nā et Muti⁹ Sceuola ad Porsennā regē inq̄t. Trecenti ꝯiurauim⁹ p̄ncipes iuuētutis Romane: vt in te hac via grassaremur. et Cicero ad cesarē ꝑ ligario/ Fratꝝ ꝯspirationē dixit: quasi vnanimitatē. Ueꝝ ꝯspiratio vt in hoc ip̄o loco/nōnunq̄z nemini ꝑnicio sa est in neminēq̄z grassat̄. Cōiuratio sꝑ in alteri⁹ ꝑniciē grassari solet

de Cordi est et In animo est Ca xxij

Cordi est/et in animo est: dr̄nt Nanq̄z hoc scd̄m/notū est significare in animo habeo: vel anim⁹ est mihi: vel volo: atq̄z ꝯstituo: vt ad Terentiā Cicero. Nā mihi erat in animo/mittere ad Dolobellam Illud vero est delectat et placet: vt idē. Itaq̄z nō tā me ista sapiētia: quaz modo Fanni⁹ ꝯmemorauit. fama delectat/falsa p̄sertim: q̄z ꝙ spero amicitie nr̄e memoriā sempiternā fore Idq̄z m̄ eo magis est cordi: ꝙ ex om̄ib⁹ seculis vix tria aut q̄tuor numerant̄ paria amicorū. quo in genere sperare videor Scipionis et Lelij amiciciā posteritati notam fore. i. eo magis me

delectat et placet Tereñ. Si tibi he nuptie sũt cordi. Et alibi. Quia vterq; vtriq; est cordi id est nuptie iocunde sunt mihi: et vterq; alterꝫ amat:

De Inuerto et Interuerto capitulum xxxv

Inuertere est quasi in otrariũ vertere: vt interiora vestis aut pellis aut aliaꝫ rerꝫ exteriora facere: prepostereq; verba pnũtiare: vt p lauo vola Interuertere est rẽ aut omodatã aut depositã aut credi tã callide doloq; ne dño restituat efficere: vt Cicero in verrem Candela braꝫ qđ rex egypti Joui capitolino dono tulerat: a Verre qui illud a rege omodato acceperat: interuersũ esse oquerit Marcellus iurisconsult⁹ Si duo inquit heredes rem apud defunctũ depositã dolo interuerterint

De Compertũ est et exploratum est capitulũ. xxxvi

Compertũ est mihi/et exploratũ est mihi: idẽ est qđ scio p inuestigationẽ Similiter cõperi et explorauí. Constitutũ est mihi: deliberatũ est mihi: decretũ est mihi/idez quod apud me cogitando firmatũ est. Similiter ostitui et decreui: At nõ ita deliberaui. Possũ nanq; deliberasse/et nihil tñ ostituisse Quintl. in egro redempto. Oderitis licet ofessionem meã/deliberaui: h: est/dubitaui/et hesitaui. Itaq; differt an dicamus: senatus deliberauit: an senatui deliberatũ est id est decreuit Plinius minor. Tñ ego si fixũ istud tibi ac deliberatũ est: sequar te. Cicero in verrẽ Deliberatũ aũt est: si res opinionẽ meã: quã de vobis habeo: fefellerit: nõ modo eos plequi ad quos maxima culpa corrumpendi iudicij: sed etiam illos/ad quos oscientie otagio ptinebit. Explorauí tñ p inueni fere accipiť: cũ explorẽ idem sit qđ inquiro sagaciter. vñ dicunť explorator̃es Idẽ fit in nõnullis alijs: vt exigo qđ est vehementer et iure quotã postulo. vñ exegi/exactum/pro postulando obtinui: et postulando obtentum. Tale est quesitum pro partum a quero

De fenero ac feneror Mutuo et mutuor Ca xxxvii

Fenero tibi dicit: sicut mutuo tibi/feneror abs te: sicut mutuor abs te Qui mutuat pecuniam dat mutuo. Qui fenerat pecuniaz dat ad vsuram. Qui mutuatur/pecuniam mutuo accipit. Qui feneratur/pecuniaz ad vsuram accipit

De Gradum facio et Gradum iacio Cap. xxxvi

quintus

GRadū facere nō est transitū facere: sed ad aliquā rem gradū et q̄i scalā ad alia facere. Ideoq; a q̄busdā dicit̄/gradū iacere vt si riuū transire/si in arborē fenestrā ve aut tectū scandere velim: ex saxo ꝛ scamno aliqua ve alia re gradū facio: vt apud Quintl. Nāq; et illud frequens est: vt ea quib⁹ nimis cōfidim⁹: cū tractata sūt: omittam⁹ Interim spōte nr̄a velut donātes/interim ad ea/q̄ sūt potētiora gradū ex his fecis/se ɔtēti. Hoc eodē mō Ambrosi⁹ in libris officioꝝ vtit̄. Cicero ɔtra Rullū Hūc q̄si gradū quēdā atq; aditū ad cetera iactū intelliget. Idē ꝑ cluētio Anteq̄ ad h̄ nephariū facin⁹ accedēt: aditū sibi alijs scelerib⁹ an̄ muniuit

De Certum est Cad xxvii

CErtum est nō modo accipit̄ ꝑ manifestū est: vt Quintl. Nempe legem esse certū est: sed etiā ꝑ deliberatū et ɔstitutū ē. In quo secū/do plerunq; adiungit̄ datiu⁹ cū infinitiuo: vt certū est mihi ire in hyspaniā. Nōnunq̄ datiu⁹ subintelligit̄: vt apud Virgl. Certū est in siluis inter Spelea ferarum: malle pati id est mihi

De Liceor Licitor et addico Ca xxviii

LIceor videt̄ carere preterito: tn̄ quasi preteritū habeat format a se frequentatiuū sed eiusdē tn̄ significationis licitor. vnde sunt participia licitans et licitatur⁹ Vtriusq; igit̄ verbi significatio est: pretiū deferre in auctione facienda: hoc est in venditione: q̄ publice fit Hinc vnū ɔpositū est polliceor: nō multū a p̄mitiua significatione dissidēs. Est em̄ polliceri vltro aliq̄d ꝑmittē Ita q̄ licent̄ aut licitant̄: vltro ꝑ re emēda p̄tiū: ali⁹ alio maius pollicent̄: vt sibi poti⁹ q̄ alteri venalia addicant̄. Nā tali modo vēdere addicē est. Et inde apud iuriscōsultos de in diē addictione titul⁹ est: quē nr̄i iurisperiti emendant/de in diem adiectione/nō verbū modo sed sententiā q̄z atq; ius ip̄m corrūpentes Afferam⁹ ergo exempla vtriusq; verbi: Vlpian⁹. si res eius venerit/et existat: qui plus liceatur: an in integrum ꝓpter lucrū restituendus sit/et quotidie pretores restituunt: vt rursum admittatur licitatio Caius. Licitatio vectigalium: que calore licitantis vltra modū solite cōductionis inflauit: ita demū admittenda est si fideiussores idoneos et cautionē is qui licitatione vicerit: offerre paratus sit. Ad conducendum vectigal inuitus nemo compellitur. Et ideo impleto tempore conductionis alloquendi sunt licitatores vectigaliū ad iterandā ɔductionē: anteq̄ supiori ɔductioni satisfaciant: admittendi nō sunt. Paulus. Si venditor simulauerit meliorem allatā conductionem: cum minoris vel etiam tantidem alij venderet/ vtriq; emptori in solidū erit obligatus.

Sed si emptor aliū nō idoneū subiecit: eiq̄ fundus addict' est: non video inquit quēadmodū p̄ori sit empt': cū alia ɔductio et vera subsecuta est. ꝫ si neuter subiecit emptorē: maiore aūt precio addictū est prediū ei/ q̄ soluendo nō ē: abitū ē a priori emptione: qr ea intelligit̄ melior: quā vēditor cō ꝓbauit: cui licuit nō addicere. Quib' ex verbis intelligit̄: quid sibi velit illud Ciceronis in officijs li. iij. Nō licitatorē vēditor: nec qui ɔtra liceatur: emptor apponet Idē ꝓ cesennia. Cū esset (vt dicere instituerā) ɔstituta auctio rome: mulier mandat: vt fundū sibi emant. Ebutio negotiū dat̄: adest ad tabulā/ licet̄ ebuti'/ deterrent̄ emptores multi: parti gr̄a cesēnie parti p̄cio: fund' addicit̄ ebutio pecuniā argētari' ꝓmittit Ebutio: q̄ testimonio nūc vir optim' vtit̄/ sibi emptū esse: quasi vero nos aut ei negem' addictū: aut tū quisq̄ fuerit: qui dubitaret/ quin emeret cesennie: cū id pleriq̄ scirēt. omnes audissent: cū pecunia cesennie ex illa hereditate deberet̄: eaꝫ porro in predijs collocari maxime expediret: essent aūt predia/ q̄ mulieri maxime ɔuenirent/ ea venirent licerēt̄ is quē cesennie dare operam nemo miraret̄ Quintl de pastu cadauerꝫ. Si vobis nihil ex ɔmeatu nostro partiris nos vicine ciuitati vendem'/ liceat seruire: vbi frumentū est. Nō exigua res est ꝓ vita: ꝓ sepultura: ꝓ innocētia licemur. Idem in agro redempto. Om̄s facultates in pretia collegi: rus, seruulos/ penates/ et om̄ia vtiliora ꝓperanti festinatione: parentis addixi. Inde addicti apud veteres dicebant̄: q̄ pretoris ꝓnuntiatione ac iussu/ cū soluendo essent: creditorib' vendebant̄ de quib' magna apud Liuiū fit mentio: Et addict' morti/ destinat' dicit̄: Cicero officioꝝ libro. iij. Et is qui morti addict' esset: paucos sibi dies cōmendandoꝝ suoꝝ causa postulasset: vas factus est alter. Aliqñ sine auctione fit licitatio: vt apud Curtiū de Dario qui pollicebat̄ pretiū pro capite alexandri: si quis eū dolo occidisset: ita inquit: Et cum habeatis arma licitamini hostiū capita. Si quid tamē interliceri et licitari differt. hoc est: ꝙ liceri videt̄ aut sine respectu esse alioꝝ emere volentiū/ aut tantum semel deferre pretiū. Licitari vero cum multis/ et sepius augere pretiū. vt emere volentes deterreas ab emendo

De audio et exaudio Oro et exoro. Ca. xxix

Audio et exaudio indifferenter ponunt̄ pro duplici significatione Una ꝓ eo quod est aurib' accipio. Altera ꝓ eo quod est audita petenti concedo: vt Visa sum audire vocē militis/ et vox q̄ꝫ ꝑ lucos vulgo exaudita silentes. Item audijt et celi genitor de parte sinistra. Intonuit leuū et nulli exaudita deoꝝ. Vota/ precesq̄ mee. Audio tñ frequent̄ accipit̄ ꝓ eo qd̄ est credo/ accedo/ pareo p̄cipiēti: ꝫ fere cū negatōe

et frequentius ꝑ participiū: qđ transit in nomē: qđ est audiend⁹ vt apud Quintl. Nec audiendi quidā: quoꝝ est albuti⁹: qui tris modo primas esse volunt: qꝛ memoria atqꝫ/actio natura nō arte ɔtingāt. Audiend⁹ non est idem ē qđ audiri nō debet ideoqꝫ licebit dicere neqꝫ vero quosdā/quoꝝ est albuti⁹: audire debem⁹. Sine participio Cicero li. ꝑmo. Hoc homerum audio qui Ganimedē a dijs raptū ait ꝓpter formā. Sine negatione. Idē in eodē. Endimion vero (si fabulas audire volum⁹) nescio quonā in litio obdormiuit. Sed ɔiunctio hec tacitā quandā in se habet negationē. Aut certe idem hoc loco dicem⁹: qđ dixim⁹ li. iij. de vllus. Sed nōnunqꝫ sine negatione apte dicit: vt apud Liuiū. Ciuē tuū nō audisti arma cape ac sequi se iubentē hanibalē. Paulo post Audisti castra ꝓdi: et arma tradi iubentē Audio insup ꝓ fateor: q̄ similis significatio. supiori. est. Ideoqꝫ sepe sic scriptū legim⁹ audio et fateor: quasi posteri⁹ declaret ꝑmū Exoraui hoc munus. id est qđ orando impetraui. Exoraui patrē: orando induxi. quod licꝫ etiā pueris notū sit (quippe Terentiū legentib⁹ verbū milies est/ nec vnqꝫ repit aliter acceptū) tñ quidā sic loquūtur: Exoram⁹ te deus:

De lego et ꝑlego. multisqꝫ alijs a ꝑ cōpositis. xxx

Lego et ꝑlego ita dr̄nt: et multa hmōi. Legere q̄d sit notū est. Perlegere vero ad finē vsqꝫ legere. vt Quintl. in. xij Ideoqꝫ op⁹ est intueri om̄e litis instrumentū: qđ videre nō est satis: ꝑlegendū erit. Ouidi⁹ Perlegis? an ɔiunx ꝓhibet noua. Lactanti⁹ in ꝓhemio libro. v. Nō iniuste petere: vt siq̄s erit qui inciderit in hec: si legit/ ꝑlegat Ita differt scribere et ꝑscribere: q̄ exempla sunt plurima. Tit⁹ Liui⁹ li. ꝑmo statim in ꝓhemio. Factur⁹ ne opc pretiū sim si res gestas. ꝓpl̄i romani ab inicio ꝑscꝑserim Perferre vsqꝫ ad ɔstitutū finē ferre. Virgl. Nec spaciū euasit: nec totū ꝑtulit ictū. Et multi ferunt lr̄as sed eas vel negligentia vel dolo vel casu non ꝑferunt. Cicero. Sed nunti⁹ ille qui lr̄as accepit nō ꝑtulit Seneca in Tragedijs Leue est miserias ferre: ꝑferre est graue. id est ad spaciū tꝑis in miserijs esse leue est. ad finem vero vsqꝫ vite graue est: vt in illo simili exemplo Martialis. Nam vigilare leue est: ꝑuigilare graue. Hoc est partē noctis vigilare leue est. vsqꝫ ad finē vero et totā noctez insomnē ducere graue. Qđ dicit etiā ꝑnoctare. vnde et ꝑnox: qđ a ꝑuigilando ita differt/ ꝙ hoc interdiu q̄ꝫ fieri pōt. Illud vero tm̄modo noctu. quanqꝫ pernoctare vigilātes possum⁹ id est totā noctē ducere. Peruigil draco dict⁹ est: nō ꝙ ꝑnox essꝫ sed ꝙ nunqꝫ dormiret semꝑ vigilans. Peragere reū/nō est tm̄ agere reum nisi ꝑuenias ad illius ɔdemnationē. Dicit em̄ accusator reum ɔdemnasse cū ad ɔdemnandū illū curauit. Vlpian⁹. Peregisse aūt quis reū nō aliter

Vnus Cicero ait vnas a te lr̄as accepi. Terenti⁹ ait in vnis domib⁹ Et in vna domo. Nescio vbi hoc dicat Terenti⁹. Sed in vnis edib⁹ Nā in nominib⁹ q̄ singulari carēt necesse est sic loq̄: vt Laurēti⁹ in elegācijs copiosi⁹

Voco in fine cio/cis: et cio cies. imo cieo cies idem est qd̄ moueo: vt Cicero de republica. Motu cietur interiore et suo. et inde citus id est velox. et concitus cōmotus. Percitus in malum. vt in furorem iracundiā ve motus

Voluntas/auspicijs meis id est voluntate imo ductu ac sub fortuna mea quia dux belli auspicia accipere solet Dicimus voluntas sicut et volūtas Stultum est rem incredibilem proferre sine autoritate: cum omnia hui⁹ loci scriptorum autoritate nitantur. Simile est quod subijciam.

Vsquequo adquo potero: id est quoad. Quis istud dixit bene. Raudeñ. Surarius. quadruplator est vsurari⁹: imo qui ex accusationib⁹ ac delationib⁹ quartā partē bonoꝝ damnati expectat. Sed tñ amoto q̄ram⁹ seria ludo id ē vtilia: imo grauia nō iocosa. Orati⁹ intelligit cui⁹ hic versus est:

Vtor. Curabo obsolenta calcare vestigia id est dissueta. cui⁹ ista sunt verba Raudensis: obsolentū appellam⁹ sordidum: nec satis mundū vt apud Hieronymū tuū: vbi ait viri vocem obsolentiorē esse q̄ femine. Dixi tuū Hieronymū non quia nō sit et meus plurimoꝝq̄ alioꝝ: sed qr tibi tu vendicas: quasi solus eū aut familiarē habeas aut intelligas. In logica detri

ti sumus id est. vsi. Aptius exponere poteras: q̄ ita in ea exercitati vt gladius exercitatus: qui ex ip̄o nimio vsu ꝯminutus est. Perfuncta satis sum his id est vsa imo finem fungendi vtendiq; feci. vt Cicero. Perfuncta hoc misero fataliq; bello respublica

Vtrinq; In fine vltrocitroq; res male gesta ē: id est hinc inde. nō vterer hoc ego genere sermonis. Vltro em̄ citroq; significat reciprocā quandā itionez/aut reciprocū respectū: quod de re vtrobiq; male gesta dici nō potest. vtrobiq; dixi: non vt Raudensis hinc inde.

Vua precoqua vel precox id est prematura. Racem⁹ dicit̄ vnū granum arillum vel acinus/vel granellū quod in racemo est. Erras. Nā precoqua siue precocia dicunt̄ poma/vue/similiaq;: que ante alia eiusdē generis maturescunt. Itaq; distinguim⁹ p̄cocia poma a serotinis. Vt em̄ sunt quedā celerioris maturationis: ita quedā tardioris. Lege Pliniū Columellā aliosq; nōnullos p̄matura dicunt̄ que ante maturitatē legunt̄. Vnde Cesar penuria frumenti ad prematura: vt inquit Lucanus segetes die ciuilis belli tendebat. Racemū vero quis nescit nō granū esse vue: sed illā (vt sic dicam) testam vuarum. Acinū aūt id esse quod raudensis racemū vinaciūq; quod idem acinū vocat. Nam arillum et granellum Raudensia vocabula ip̄i Raudensi relinquamus

Finis.

Laurētii vallēsis oratoris clarissimi in elegātissimū de libero arbitrio dialogum ad garsiam Illerdensem episcopū prefatio seu prohemiū feliciter incipit



Maxime vellem garsia episcoporū doctissime ac sūmopere optarē. vt cū xp̄iani homines: tū vero hi q̄ theologi vocant̄ nō ita multū tribuerēt philosophie. nec tantū in ea opere ꝯsumerent et ꝓpe parem ac sororē ne dicā patronā theologie facerent. Male em̄ sentire mihi, vident̄ de nostra religione quā putant philosophie presidio indigere. Quod minime illi fecerunt q̄ꝝ multis iam seculis opera stant: aplorꝝ imitatores et vere in templo dei columne. At quidē si ꝓbe animaduertam⁹ quicq̄d illis tp̄ib⁹ heresis fuit q̄s nō parū multas esse accepim⁹. Id omne fere ex ph̄oꝝ dogmatū fontibus nascebat̄ vt nō modo nō ꝓdest ph̄ia sanctissime religioni sed etiā vehemētissime obest. At cā isti de quib⁹ loquor natā esse ad extirpandas hereses iactant quaꝝ poti⁹ seminariū est Nec intelligunt se imperitie accusare pijssimā antiquitatē que in expugnandis heresibus ph̄iaz non habuit ac sepe contra ph̄iaz depugnauit acerrime. et tanq̄ꝫ Tarquinū in exilium deiecit: neq̄ꝫ redire passa est. Ita ne imperiti fuerunt illi et inermes: et quomodo tātū orbis terraꝝ in ditionē suā redegerunt? Vos contra tali armatura muniti ne tueri quidē potestis Proh rem indignā et flebilem quod ip̄i nobis tanq̄ꝫ patrociniū reliquerunt. Quid cause igit̄ est cur in maiorū vestigijs nolitis insistere. sed si min⁹ ratio certe auctoritas effectus q̄ꝫ inducere debuit vt imitaremini se potius q̄ꝫ nouam viam ingrederemini. Odio sum puto et execrabilem medicum qui egrotum ꝓbatis iam vsu medicamētis curare nō vult. sed nouis et experimento nō cognito. Et nautā qui malit insuetum iter tenere q̄ꝫ id quod ceteri salua naui ac mercibus nauigarunt. Itaq̄ꝫ eo insolentie ꝓcessistis vt putetis neminē theologū euadere nisi qui precepta ph̄ie teneat eaq̄ꝫ diligentissime perdidicerit. stultos q̄ꝫ simul eos facitis qui ante hac vel nescierūt hec vel nescire voluerūt. O tp̄a. O mores Apud senatum olim rhomanū non licebat nec ciui nec hospiti loqui lingua peregrina. sed tantūmodo illius vrbis vernacula. At vos qui xp̄iani reipublice senatores gentilē. sermonē magis q̄ꝫ ecclesiasticū et audire et ꝓferre delectamini. sed aduersus alios dicēdi multis in locis dabit̄ tp̄s Impūtiarū ꝟo oñdē volum⁹ boetiū nulla causa nisi ꝙ nimis ph̄ie amator fu/

it non eo modo quo debuit disputasse de libero arbitrio in q̄nto libro de ꝯsolatione Nam p̄mis quatuor libris respondim⁹ in opere nostro de vero bono. atq; hāc omnem materiam q̄ diligentissime potero discutere et resoluere conabor vt de ea non frustra post omnes ego scriptores videar disseruisse. Aliquid em̄ de nostro et preter ceteros afferemus ad quod faciendū cum mea sponte animatus essem tñ currentē vt aiunt incitauit mihi quondaz disputatio habita cū Anthonio glatea homine ꝑlitterato ac bene acuto. mihiq; tum ꝓpter mores: tum quia ꝯterraneus sancti Laurentij est longe carissimo. cuius disputationis verba in libellū retuli. exponēs illa quasi agat̄ res nō quasi narret̄ ne inquā et inquit sepius interponeret̄ Quod se fecisse marcus tullius immortali ingenio vir Cur hoc dixit Cicero. cur dixit in libro quē inscripsit Leliū equidē nō video. Nam vbi auctor non a se disputata sed ab alijs exponit quonā modo inquaz interponere pōt veluti est in Lelio Ciceronis in quo disputatio ꝯtinet̄ habita a Lelio cum duob⁹ germanis. C. catinio et .Q. sceuola expositaq; ab ip̄o sceuola Cicerone cum nōnullis familiaribus audiente et vt in illa etate vix ausero disputare et colloqui cū sceuola quandā pre se vel etatis vel dignitatis religionem ferente. Sed ad ꝓpositum. Anthonius igit̄ ad me meridie cum venisset nec occupatum sane offendisset. Sed cum domesticis quibusdam sedentem in exhedra quodaz quasi prohemio ꝑlocutus ad rem atq; op⁹ accōmodato: ita deinde subsecutus est

Anthonius

O Redifficilis mihi et in primis ardua videt̄ questio de libero arbitrio ex quo pendet om̄is reꝝ humanaꝝ actio. omne ius et iniuria omne premiū et pena. Neq; id in hac solum vita veꝝetiā in futura qua questione non facile dixerim an vlla sit vel ne magis scitu necessaria vel que minus sciat̄. Sepe em̄ mecū metip̄o sepe cū alijs ab ea re querere soleo. Nec vllū adhuc hui⁹ ambiguitatis exitū reperire queo. vsq; adeo cōturbor inquirendo aliquo modo ꝓpterea apud me atq; ꝯfundor. veꝝ tamen nō idcirco vnq̄ inq̄rendo defatigabor neq; desperabo hoc ꝑcipi posse licet multos sciā eadem spe fuisse frustratos. Ideoq; tuā quoq; audire in hac questione sententiā velim: nō modo ꝙ om̄ia indagādo et collustrādo fortassis ad id qd̄ quero ꝑueniā sed etiā quod notū habeo q̄ acri iudicio sis ⁊ exacto Laurēti⁹ Est vt ais p̄difficilis q̄dez ista q̄stio ⁊ ardua et haud scio an vlli ꝯgnita ꝫ nō est causa. cur ꝯturberis ꝓpterea ac ꝯfundaris vel si nūq̄ istd̄ scitur⁹ sis. nūq̄d em̄ iusta idignacō ē si id nō asseq̄ris ꝙ vides assecutū neminē! atq; mlta sc̄ apd̄ alios q̄ ñ sc̄ apd̄ nos neq̄q̄ tñ

egro ferenda animo sed moderato et equo Alius nobilitate preditus est. alius magistratu: alius opibus: alius ingenio: alius eloquētia: alius hoꝝ plerisq; alius omnib⁹. Nemo equa rerū extimatio ac sue sibi industrie con scius. ea de re dolendū sibi existimauit ꝙ ipa illa nō haberet. Quanto aūt minus ꝙ pennis auiū careret quas nemo habet At em̄ si ꝑ om̄ia que nesci mus molestiā ꝯtraherem⁹ durā nobis et acerbā vitā redderem⁹. Vis ne enumerē quanta sint nobis ignota non solū diuina et supnaturalia quale hoc est: sed etiā humana et que in nr̄az scientiā cadere possūt breui dicam multo sunt plura que ignorant̄. Unde achademici falso illi quidez sed tn̄ nihil nobis cognitū esse dicebant ¶ Anthonius ¶ Ego vero fateor istud verū esse quod dicis. sed nescio qūo impaciens sum et auidus vt impetum animi cohibere nō possim. Nā qđ de pennis auiū dixisti nō esse dolendum si illas nō habeo quas nemo habet: audio. Sed cur tn̄ recusare deberem alas si modo Dedali exemplo assequi possem. Nunc vero quāto prestan/ tiores alas ꝯcupisco quib⁹ nō e carcere parietū sed e carcere errorū euo/ lem. Et in patriā nō hanc que corpora genuit vt ille fecit. sed in eā vbi ani me nascunt̄ transuolem ac ꝑueniā. Hinc achademicos cum sua ꝑsuasione dimittam⁹ qui cū om̄ia dubia ponerent: tn̄ eos dubitare recte dubium nō erat. et cū nihil sciri affirmarent: tn̄ inquirendi studiū nō relinquebāt Hos porro scim⁹ posteriores ad ea que ꝑus inuenta erāt multa addidisse quo rum exemplū et institutio animare nos debet ad alia q̄z inuenienda. qua/ re nolim queso hanc mihi solicitudinē molestiāq; eripere. Erepta em̄ mole stia: eripueris simul et inquirendi diligentiaz: nisi forte tu vt spero et opto auiditati mee satisfeceris Laurentius ¶ Ego ne satisfaciā qđ nemo ali⁹ potuit. Nam quid dicis de libris quibus siue adquiescis nō est aliud pre/ terea requirendū. siue nō adquiescis: nihil est qđ ego queā melius dicere: quanq̄z tu videris q̄z sanctū q̄z sit et tolerabile omnib⁹ libris equidē ꝛ pro batissimis bellū inducē et cū nullo illorū facere ¶ Anthoni⁹ ¶ Scio qui/ dem videri nō tolerabile ac pene sacrilegū libris iam vsu ꝓbatis nō adq̄ escere. sed te nō fugit plerosq; solere inter se illos nō ꝯuenire diuersas sen/ tentias defendere ac paucissimos esse quorū auctoritas maior est q̄z vt eorū dicta veniant in questionē Atq; in ceteris quidē rebus: fere nō repu/ gno scriptorib⁹ modo hunc modo illū ꝓbabiliora dicere existimans. In hac aūt de qua tecū loqui instituo pace tua et aliorū dictū sit nemini assen tior. Naz quid de alijs dicā cū Boetius ipe cui in explicanda hac questio ne dat̄ ab omnib⁹ palma qđ susceperit implere nō possit sed ad quasdam res ꝯfugiat imaginarias et ꝯmentitias. Ait em̄ deū per intelligentiā que supra rationez est et per eternitatē omnia scire omniaq; habere presentia.

Ut ego ad agnitionem intelligentie et eternitatis qui rationalis sum et nihil extra tps agnosco aspirare qui possū. Nec quidez Boetiū ipm suspicor intellexisse si modo vera sint que dicit quod non credo. Non enim verū dicere censendus est cuius orationem nec ipe nec alius intelligit. Itaqz cum recte hanc disputationem introduxisset non recte eam executus est: in quo si mecum sentis gratulabor sententie mee. sin minus p tua humanitate nō grauaberis quod ille obscure locutus est illud tu lucidius eloqui. Utroqz autem modo aperies mihi sententiā tuam. Laurentius. Uide qz equa postules qui iubes me vel damnando vel emendando Boetio contumeliam facere. Anthonius. Nunquid tu vocas contumeliam veram de altero sententiam ferre? vel eiusdem obscurius dicta apertius interpretari. Laurentius. Atqz odiosum est hoc in magnos viros facere. Anthonius. Odiosius certe non monstrare viam erranti vt et monstres oranti. Laurentius. Quid si viaz ignoro. Anthonius. Istud est nolentis monstrare viam dicere viam ignoro. Quare noli recusare iudicium tuum aperire. Laurentius. Quid si dicam tecum sentire de Boetio? tecumqz illum non intelligere. nec aliquid preterea habere quo hanc questionez explicem. Anthonius. Si hoc vere dicis non ita vecors sum vt abs te plus petam qz prestare potes. Sed caue ne parum sis functus officio amici si erga me fastidiosum te et mendacem prebeas. Laurentius. Quid istuc est quod tibi explicari postulas? Anthonius. Nūquid prescientia dei obest libertati arbitrij. Et an de hac recte questione Boetius disputauerit. Laurentius. De Boetio postea videro. q si ego tibi in hac satisfecero sponsionem facias. Anthonius. Quam tandem sponsionem. Laurentius. Ut si te laute accepero in hoc prandio ne iterum velis accipi in cena. Anthonius. Quod mihi prandiū aut quam cenam predicas? non enim intelligo. Laurentius. Ut sis contentus hac vna questione discussa nec alteram preterea adhicias. Anthonius. Alteram inquis quasi vero non satis superqz satis hec vna sit quare libenter spōsionem tibi facio nullam abs te cenaz me esse petiturum. Laurenti⁹. Age igitur ipaz profer in medio questionez. Anthonius. Probe admones. Si deus futura preuidet aliter non potest euenire qz ille preuiderit. Veluti si iudam preuaricaturum esse viderit fore impossibile hunc non preuaricaturum esse. id est necesse est iudam preuaricari: nisi quod absit deum carere preuidentia volumus. Hoc cum ita sit nimirum censendum est humanum genus non habere in sua potestate arbitrij libertatem. nec de malis tm̄ loquor. Nam vt his necesse est malefacere. ita bonis e contrario bene. si boni

tamen mali ve dicendi sunt qui arbitrio carent vel eorum actiones existi/
mande recte atq; secus que necessarie sunt et coacte. Atq; hic quid iam cō
sequens sit vt tu ipe vides. Nam deum vel hunc iustitie laudare vel illum
iniustitie accusare et alterum premio afficere alterum pena vt licenti? dixe
rim iustitie videtur esse contrarium cum actiones hominum sequantur ne
cessario prescientiam dei. Relinquamus ergo religionem: pietatem sancti/
tatem: cerimonias: sacrificia. nihil ab illo expectemus: nullas preces adhi/
beamus: misericordiam eius omnino non prouocemus: mentem reforma
re in melius negligamus. nihil deniq; nisi quod libuerit agamus. Siquidē
prescita est a deo nostra iustitia vel iniustitia. Itaq; aut non prouidere vi
detur futura si prediti sumus arbitrio: aut non equus esse si caremus.

Laurentius. Tu vero non modo questionem in medium protulisti sed
eam latius quoq; executus es. Dis deum preuidisse iudam preuaricatu/
rum fore. Nunquid ideo ad preuaricandum induxit. non video causam
cum deus prescisset aliquid faciēdum vt id facias nulla necessitas est quia
voluntate id facio. quod autem voluntarium hoc nescit esse necessarium:

Anthonius. Noli expectare vt tibi tam facile dem manus aut terga
vertam sine sudore et sanguine. Laurenti? Magna virtute esto congre
dere propius et cominus collato pede non telo decerne sed gladio. An
thonius. Dicis iudam voluntarie fecisse: ideoq; non necessario. Quod
voluntarie fecerit. abnuere id impudentissimum est. Quid igitur Di/
co nempe voluntatem hanc necessariam extitisse cum deus eam prescierit
quod autem erat ab eo prescitum id necesse fuit iudam velle et agere: ne
prescientiam alioquin mendacem faceret. Laurentius. Adhuc non vi/
deo cur tibi ex prescientia dei voluntatibus atq; actionibus nostris ne/
cessitas defluere videatur. Si eum prescire aliquid fore facit vt illud futu/
rum sit. profecto et scire aliquid esse facit vt idem sit. Atqui si noui ingeniū
tuum non dices ideo aliquid esse quia scias illud esse. veluti scis nunc diem
esse. nunquid quia hoc scis ideo est dies? an econtra quia dies est ideo scis
diem esse. Anthonius. Perge vero. Laurentius. Eadem ratio est
de preterito. Noui iam octo horis noctem fuisse: sed mea agnitio non facit
illud fuisse. potius ego noui noctem fuisse quia nox fuit. Atq; vt propius
veniam prescius sum per octo horas noctem fore: ideo ne et erit? minime?
sed quia erit ideo prescisco. Ac si prescientia hominis non est causa vt ali/
quid futurum sit vtiq; nec prescientia dei: Anthonius. Decipit nos
mihi crede ista comparatio. aliud est scire presentia et preterita: aliud futu
ra. Nam cum aliquid scio esse id variabile esse non potest. vt dies qui nunc

est nequit fieri vt non sit. ¶Preteritum quoqz nihil differens habet a presenti. id nanqz non tm̃ cum factum est agnouimus sed cum fieret et presens erat. Itaqz in his temporib⁹ concedo non ideo aliquid fuisse aut esse quia hoc est aut fuit. Sed alia ratio est de futuro quod variabile est nec pro certo sciri potest quod incertum est. Ideoqz ne deum fraudemus prescientia: fateamur certuz esse quod futurum est: q ob id necessariuz: hoc est qđ nos libertate arbitrij priuet. Neqz est q dicas id quod modo significabas: nõ ideo quia deus preuiderit futura ita fore. sed qiua futurum est deum preuidisse: et hoc vulnus infligas deo vt necesse ei sit futura prescire ¶ Laurentius ¶ Armatus pulcre ad pugnam: munituſqz venisti. Sed animaducrtamus vter decipiatur: ego an tu. primo tamen de hoc posterioze satisfaciaz vbi ais. Si deus futura prospicit qua futura sunt necessitate illum laboza re cui necesse est cuentura prospicere. hoc vero non est tribuendum necessitati: sed nature: sed voluntati: sed potentie: nisi forte deum non posse peccare: non posse mozi: non posse relinquere sapientiam suaz: infirmitatis est et non potius potentie ac diuinitatis. Sic non posse futura non prospicere: que species sapientie est cum dicimus non vulnus ei infligimus sed hoznem tribuimus. Itaqz non vereboz que euentura sunt. deum non posse non prouidere. Atqz vt id quod dixi autozitate confirmem ¶ Hieronymus in Jeremia idem eisdez verbis dicit inquiens. Non enim ex eo q deus scit aliquid futurum esse ideo futurum est: sed quia futuruz est deus nouit quasi prescius futurozum. Venio nunc ad id quod primo respondcras presentia et preterita variabilia non esse: ideoqz sciri posse. Quero igitur Num mutari possit quin ad octo vsqz hozas nox adueniat: quin post estatez sit autumnus: post autumnum hyems: post hyemem ver: post ver estas:

¶ Anthonius. ¶ Naturalia sunt ista et eundem cursum semper currentia ego autem loquoz de voluntarijs ¶ Laurentius ¶ Quid ais de fortuitis. possunt ne a deo prouideri preterqz q illis necessitatē afferat: vt forte hodie pluat aut thesaurum inueniam. Concedis ne hoc sine vlla necessitate posse prescisi ¶ Anthonius ¶ Quidni concedaz. putas ne ita me male sentire de deo ¶ Laurentius ¶ Vide ne male sentias cum dicas bene sentire Naz si hoc concedis cur dubitas de voluntarijs: vtraqz em̃ in vtramlibet partem cadere possunt ¶ Anthonius ¶ Non ita res est. Illa nanqz fortuita suam quandam naturam sequũtur. Ideoqz et medici et naute et agricole solent multa prouidere cum ex antecedentibus colligant sequentia: quod in voluntarijs fieri non potest. Vaticinare tu vtrum ego pedẽ prior rem moueam: vtrumlibet dixeris mentiturus cum alterum moturus sum:

Dialogus laurentij

¶ Laurentius ¶ Quis queso vndiqz tam argutus est inuentus vt hic qui glarea qui se deo putet posse imponere more illius qui apud Esopum vi/ ueret ne passer quem sub pallio tenebat an mortuus esset apollinem deci/ piendi gratia consuluit. Non enim mihi dixisti vaticinare sed deo. Ego quidem nec si bona vindemia erit id quod tu agricolis tribuis vaticinari possum.sed deum nescire vtrum pedem moturus sis priorem dicens atqz ita dicens magno me piaculo abstringis ¶ Anthonius ¶ An existimas me aliquid affirmare ac non disputandi gratia querere?Ceterum tu vide/ ris tergiuersari ista oratione et quasi deiectam de gradu pugnam detra/ dare Laurentius ¶ Quasi ego victorie causa pugnem magis q̄z verita tis. ac inde q̄z sim de gradu deiectus das nosse deum nunc voluntatem scire tuam vel melius q̄z tute ipe ¶ Anthonius ¶ Do vero ¶ Laurentius ¶ Des illud quod necesse est te non aliud acturum q̄z quod voluntas fe/ ret ¶ Anthonius ¶ Ita sane ¶ Laurentius: ¶ Quomodo ergo ignorare potest ille actionem si nouit voluntatem que est fons actionis ¶ Anthoni/ us ¶ Nihil minus.Nam neqz ipe scio quid facturus sim licet quid voluntatis habeam sciam:sciam em̄ volo h̄ unc pedem vel h̄uc vtiqz mouere sed alterum q̄z quem ille enunciauerit. Itaqz si me comparas deo vt ego quid acturus sim nescio.ita ipe nesciet ¶ Laurentius ¶ Quid negocij est tue me isti captioni occurrere?Nouit te paratum respondere aliter q̄z ipe enuncia turus est et moturū sinistrum priorem si ab eo nominatus sit dexter Vtrū q̄z ergo dicet compertum sibi est quid euenturum sit ¶ Anthonius ¶ Vtrum autez dicturus est? ¶ Laurentius ¶ De deo loquaris.Fac me nos se tuam voluntatem et pronunciabo quid euenturum sit ¶ Anthonius Dge scias meam voluntatem ¶ Laurentius ¶ Mouebis priorem dexterū ¶ Anthonius En tibi sinistrum ¶ Laurentius ¶ Nunquid ergo presci/ entiam meam falsam docuisti:qui te moturum esse sinistrum sciebaz An thonius ¶ Cur ergo aliud dixisti q̄z sentires? ¶ Laurentius ¶ Vt te tuis artibus fallerem et decipere volentem deciperem ¶ Anthonius ¶ Vt deꝰ ipe in respondendo non mentiretur nec falleret.Neqz tu recte facis respon dens pro altero,quod ille non responderet ¶ Laurentius ¶ Nonne dixisti mihi vaticinare non ego debui respondere pro deo sed pro me quē roga ras ¶ Anthonius ¶ Vt versipellis es.Paulo ante dicebas me deo dixis/ se vaticinare:non tibi nunc contra loqueris.Respondeat deus vtrum pe/ dem moturus sum priorem ¶ Laurentius ¶ Ridiculum quasi ille tibi sit re sponsurus ¶ Anthonius ¶ Quid si vellet posset ne vere respōdere Lau/ rentius ¶ Imo posset mentiri si veritas est ¶ Anthonius ¶ Quid respon/

deret igitur ¶ Laurentius ¶ Certe quid acturus esses. Sed te tamen non audiente diceret mihi: diceret vni istorum: diceret pluribus. quod cum fecisset putas ne vera predicturum ¶ Anthonius ¶ Imo vero predicturum vera. Sed quid putas si mihi prediceret: ¶ Laurentius ¶ Mihi crede tu qui sic aucuparis deum fallere si audires aut certe scires quid te acturum diceret vel caritate vel timore instinctus festinares agere quod ab eo scires esse predictum. Sed hec omittamus que nihil ad prescientiam pertinent. aliud est enim prescire: aliud futura predicere. Loquere si quid habes de prescientia relicta predictione: ¶ Anthonius ¶ Ita fiat. Nam ea que per me dicta sunt non tam pro me q̄ contra me respondebantur. ¶ Redeo igitur vnde digressi sumus vbi dicebam Jude necesse fuisse vt preuaricaretur q̄a deus ita fore preuiderat nisi tollamus omnino prouidentiam. Ego enim quod ad me attinet mallem illum minus sapientem esse q̄ minus bonum. hoc noceret generi humano: alterum vero non; ¶ Laurentius ¶ Laudo modestiam tuam ac pronitatem qui in eo quod vincere non potes nō pertinaciter pugnas sed cedis et ad aliam defensionem te confers que mihi videtur ratio eius quod dudum proposueras: Quare vt tibi respondeaz nego si possibile est aliter euenire q̄ prescitum est consequens est prescientiam falli posse Nam quid obstat hec simul vera esse. Num quia potest aliter euenire continuo euenit? Longe diuersum est aliquid posse fieri et aliq̄d futurum esse: possum esse maritus: possum esse miles: aut sacerdos: nūquid protinus et ero? minime. Ita possum aliter agere q̄ euenturum sit: non tamen aliter agaz. Et in manu Jude erat non peccare. licet secus acturum esset prouisum. Sed peccare maluit quod sic iam fore erat prescitum. quare rata est prescientia remanente arbitrij libertate. Hec ex duobus alterum electura est: nam vtrunq̄ agere non licet et vtrum electura sit lumine suo illa prenoscit ¶ Anthonius ¶ Hic te teneo. An ignoras philosophoz preceptum esse. Quicquid possibile est id tanq̄ esset debere concedi? Possibile est aliter euenire q̄ prescitum est: concedatur ita esse euenturum: per quod falli iam prescientiam manifestum est cum aliter eueniat q̄ illa crediderat.

Laurentius ¶ Philosophoz mecum formulis agis quasi eis contradicere non audeam. Illud profecto quod ais cuiuscunq̄ sit q̄ absurdissimū puto. Possum item mouere priorem sinistrum. hoc ergo concedamus futurum: mouebo igitur et dextrum priorem sinistro: et dextro sinistrum: et per tuam possibilium concessionem deueniam ad impossibile: vt intelligas nō esse concedendū quicquid possibile est euenire id vtiq̄ euenturum: quod cū ita sit possibile est te aliter agere q̄ deus prescivit. verūtamen nō aliter

ages:ergo nō falles: ¶Anthonius Non repugnabo amplius nec cum tela mea omnia fregerim vnguibus pugnabo vt aiunt et dentibus. sed si/ quid est quo vberius mihi hoc explices ac plane persuaderes audire ha/ beo: ¶Laurentius ¶Concupisti alteram pronitatis et modestie laudem. tamen es tui similis. Itaq; faciam quod petis qō eram etiam mea sponte facturus. Que enim adhuc dicta sunt non erant que me dicturū constitue/ rā:sed que ipa defensionis ratio postulabat. Nunc accipere mihi persuade at:et fortasse etiaz tibi persuadebit prescientiam non esse impedimento ar bitrij libertati Sed vtrum mauis pauculis me verbis perstringere an com plusculis lucidius exequi? Anthonius ¶Mihi vero qui lucide loquunt nunq; non videntur breuissime loqui:qui autez obscure licet paucissima di cant:plusq; longissimi fuerunt Habet preterea ipa orationis copia appo situm quoddam et aptum ad persuasionem. tamen vtrum tibi cōmodius: id agas. nunq; em̄ iudicium meū anteferam tuo ¶Laurentius ¶Mea qui dem interest morem gerere. sed quod tu cōmodius existimas: idem ego. Apollo igitur apud grecos tantopere celebratus. siue suapte natura siue ceterorū deorū concessu futura omnia preuisa et agnita habebat non mo/ do ad homines verum que ad deos etiā pertinerent reddens deus oracu la consulentibus vera q indubitata si credimus. sed hoc tempore vera fuis se concedamus. Nihil enim obstat nunc sextus Tarquin⁹ consuluit quid si bi foret euenturum. fingamus eum respondere et quidem versu vt solet sic. Exul inopsq; cades rapta celsus ab vrbe sextus. Quid ais apollo. quid ego sic de te merui vt fatum mihi tam crudele denuncies. vt ita tristem cō ditionez mortis assignes Reuoca obsecro responsum tuū letiora vaticina re:melior in me sis qui ad te regale detuli munus Contra apollo/Munera tua iuuenis grata sūt mihi acceptaq; sane. Pro quibus oraculum vicissim reddidi:miserum illud quidez et triste vellem letius Sed in mea manu nō est hoc facere:ego nosco fata non statuo. Ego denunciare fortunā possuz non mutare Ego sortium iudex sum non arbiter: meliora denunciarem si meliora me manerēt. Nulla hui⁹ rei penes me culpa est quippe qui ne meis quidem aduersis que futura prospicio obsistere queo Incusa si libet iouē incusa parcas:incusa fortunam Inde euentorum causa descendit penes illos et fatorum potestas est et volūtas. Penes me nuda prescientia et pre dictio. tu poposcisti oraculum/ego dedi. Veritatem exquisisti/mendacium dicere nō potui:ad templum meū e longinqua regione venisti/sine respon so dimittere non debui Hec duo procul a me absint:mendacium et silentiū Nunquid ad hanc orationem sextus posset iure respondere Imo vero pe

nes te culpa est apollo qui fatum meum sapientia tua preuides nisi etiam tu preuidisses:hec mihi euentura nō essent:¶Anthonius ¶Non modo in iuste Sed nequaq̄ sic responderet.¶Laurentius¶ Quomodo ergo ? Anthonius ¶Ipe dicas¶ Laurentius¶ Nonne hoc modo.Ego quidē sancte apollo gratias tibi ago qui me neq̄ mendacio decepisti neq̄ silen/ tio aspernatus es Sed hoc item queso respōde Cur tam iniquus in me tā crudelis est Jupiter: et sic tristia michi fata assignat immerenti innocio dcorum cultori?¶Anthonius Profecto hoc modo ego si forem sextus apollini responderem quid ipe inuicem apollo¶ Laurentius ¶Immeren tem atq̄ innocium te vocas serte.ne erres scelera que admissurus es in cul pa sunt:adulteria:proditiones:iniuria:et velut hereditariuz tibi superbia An hic sextus dicat tibi potius scelerum meorum obscribenda est culpa:ne cesse est em̄ me peccare quem tu peccaturum prosperisti¶Anthonius Insanus sic si ita responderet sextus non solum iniustus¶Laurentius Recte ais:quia nō ideo q̄ apollo preuidit sextus est peccaturus: sed quia hic peccaturus est ille preuidit.Sed nunquid tu aliquid habes quod pro illo loquaris?¶Anthonius¶Nihil prorsus¶Laurentius¶Si nihil er/ go habet sextus quod de prescientia apollinis causetur: profecto nec Ju/ das habet quod incuset prescientiam dei.quod cum ita sit/nimirū tue que/ stioni satisfactum est qua te turbari confundiq̄ dicebas¶Anthonius Satisfactum vero:et quod vix sperare audebam plane absolutū:quo no/ mine et ago tibi et habeo gratias prope dixerim immortales Nam quod Boetius mihi prestare nō potuit:tu prestitisti¶Laurentius¶Et nunc io operam do vt de illo aliquid dicam:quod et te expectare scio et me polliei tus sum facturum¶Anthonius¶An est quod de Boetio dicas gratum mihi erit iocundumq̄¶Laurentius¶Seruemus tenorem fabule institu/ te.tu nihil existimas sertum habere quod respondeat apollini Interrogo te quid diceres aduersus regem abnuētem se deferre ad te munus aut ma gistratum q̄ diceret te capitalia in eo munere flagicia admissurum¶An/ thonius¶Juro tibi rex per hanc fortissimam et fidelissimā dexteram me non cōmissurum in hoc magistratu flagitia¶Laurentius¶Idem dictu/ rum puta sextum apollini Juro tibi apollo me nō admissurū esse que dicis ¶Anthoni°¶ Quid rursus apollinē¶Laurenti°¶Certe nō eo mō quo rex.nec enim compertum habeo admonendi te gratia locutus sum:an ora culum reddidi Tibi iterū dico adulter eris.proditor eris superbus ac ma lus eris¶Anthonius¶Digna apolline oratio. Quid poterit aduersus hec sextus hiscere¶Laurentius¶An non venit in mente quid hic afferre

posset in suā defensionem Num se condemnari ita molli animo feret ¶ Anthonius ¶ Quidni si sceleratus est ¶ Laurentius ¶ Non est sceleratus sed predicitur futurus. tu vero si hoc tibi apollo denunciaret credo ad preces confugeres orares q̄ non apollinem sed Jouem vt tibi meliorem mentē daret: fataq̄ immutaret ¶ Anthonius ¶ Ita agerem: sed apollinem mendacem facerem. ¶ Laurentius ¶ Recte loqueris Q̄ si hunc sextus mendacem facere non potest superuacue preces adhibebit: quid faciet non indignabitur: non irascetur: non in querelas erumpet Jta me apollo a sceleribus temperare non possum: virtutē amplecti nequeo. reformare mentem a malignitate non valeo: libertate arbitrij non sum preditus ¶ Anthoni? Fortiter sextus et vere et iuste quid itē deus: ¶ Laurentius ¶ Sic se res habet sexte Jupiter et lupum rapacem creauit: leporem timidū: leonē animosum: onagrum stolidum: canem rabidū: ouem mitem Jta hominū alio finxit dura precordia alio mollia: alium ad scelera: alium ad virtutes propensiorem genuit Preterea alteri corrigibile ingeniū dedit: tibi vero maligna animā nec aliqua ope emendabilem tribuit: ita et tu pro qualitate ingenij male ages: et Jupiter pro actionū tuarū atq̄ operum modo male mulctabit et ita fore per stigiam paludem iurabit ¶ Anthonius ¶ Semet ipm belle apollo excusat Jouem vero vel magis accusat: Naz ego equior sum sexto q̄ Jouī: expostularet itaq̄ optimo iure sic Et cur meū crimen est potius q̄ Jouis: quando q̄dem mihi male agere non licet cur me Jupiter suo crimine condemnat cum me sine culpa vlciscitur: quicquid facio non libero arbitrio facio sed necessitate volūtati potentieq̄ sue qui obsistere nō possum Laurentius ¶ Hoc est quod pro mea probatione afferre volui. Nam hec vis huius fabule vt cum sapientia dei separari non possit a voluntate illius ac potentia: hac similitudine separarem apollinis et Jouis: et quod in vno deo obtineri nō valebit id obtinebitur in duobus vtroq̄ suam certam naturā habente: Altero quidem creandi hominū ingenia: altero autē sapiendi: vt appareat prouidentiā non esse causam necessitatis: sed hoc quicquid est ad voluntatem dei esse referendum ¶ Anthonius Si iterum in eundem me precipitas puteū vnde eruras similis dubitatio hec est illi que de Juda a me prolata est: ibi necessitas ascribebat prescientie dei hic voluntati. aut quid interest qūo arbitriū tollas: a prescientia tolli illud: tu quidem negas. sed ais a voluntate ex quo questio in idem recidet Laurentius ¶ Ego ne aio tolli arbitriū ex voluntate dei? Anthonius ¶ An non consequens est nisi tollas ambiguitatem? ¶ Laurentius

Queras qui tibi eam soluat: ¶Anthonius Equidem te non dimittam
nisi solueris Laurentius ¶At istud non est stare conuentis nec prandio
esse contentum sed cenam etiam postulare ¶Anthonius ¶Si cene me cir
cumscripsisti et per dolum sponsionem facere adegisti: non stant promissa
in quibus circumscriptio interuenerit: nec abs te prandio me esse acceptū
existimo siquidem quicquid epulatus sum cogis euomere: aut vt lenius lo
quar nō minus esurientem dimittis q̄z acceperis ¶Laurentius ¶Mihi cre
de non ideo te sponsionem facere volui vt circūscriberem: naz que mihi fu
tura vtilitas erat cum liceret ne prandium quidem dare? in quo cū sis lau
te acceptus: et cuius nomine mihi gratias egisti ingratus es si dicas per
me coactum te esse illud euomere aut esurientem dimissum qualis veniſſes
Cenam est istud petere non prandiū velle accusare: ac petere tibi poni am
brosiam ac nectar deorum cibos non hominū Ego tibi pisces atq̄z aues
de viuarijs meis et vinum de suburbano colono apposui ambrosiaz vero
et nectar ab ipis pete apolline et Joue Anthonius ¶Quam ambrosiā
et quod nectar nominas poeticas res et ficticias: Relinquamus hec ina
nia dijs inanibus et ficticijs Joui et apollini. Ex quibus viuarijs celisq̄z
promisisti prandiū ex eisdem viuarijs celisq̄z cenam peto ¶Laurentius
An ita me agrestem putas vt amicum ad cenam venientem meam abige
rem Sed cum viderem quonam hec questio foret euasura Jam tamē mi
hi consulebam sponsionemq̄z te facere coegi cū preterea a me aliquid pre
ter id vnum quod querebatur exigeres Quare tecum non tam iure ago
q̄z equitate: penes alios fortassis hanc cenam nanciscaris que penes me
si amicicie credendum putas omnino non est ¶Anthonius ¶Nō ero mo
lestus tibi amplius ne beneficio ingratus et amanti incredulus videar: ve
rūtamen vbi suades me exquirere? Laurentius ¶Si istud possem non
mitterem ad cenaz sed vna cenaturus venirem: Penes nullos putas hos
vt ais diuinos cibos esse: ¶Anthonius ¶Quidni ita putem An non le
gisti verba pauli de duobus filijs rebecce ex Jsaac dicentis. Cum nondū
nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali vt ꝑm electionem proposi
tum dei maneret non ex corporibus sed ex vocante dictum q̄ maior seruie
at minori sicut scriptum est Jacob dilexi Esau autem odio habui. Quid
ergo dicemus ¶Nunquid iniquitas apud deum: absit: Moysi enim dixit.
Miserebor cui misereor: et misericordiam prestabo cuius misereor:
Ergo non volentis neque currentis sed miserentis dei est Dicit enim
scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipso excitaui te: vt ostendam in te

virtutem meam et annuncietur nomen meum in vniuersa terra:ergo cuius vult miseretur:et quem vult indurat. Dices itaq; mihi quid adhuc queritur.voluntati eius quis resistet O homo qui es qui respondeas deo.nunquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me fecisti sic An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud in contumeliam Et paulo post quasi nimio splendore sapientie oculos prestringente proclamat O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei q̄ incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹ Q̄d si ille vas electionis et qui in tertium vsq; celum raptus audiuit arcana verba que non licet homini loqui hec tamen non loqui sed percipere quidez potest.quis tandem speret se inuestigare posse et assequi? Atq; illud mihi diligenter aduerte: non eodem modo liberum arbitrium impediri voluntate dei et prescientia.nam voluntas habet antecedentem causam que sita est apud sapientiam dei Siquidem cur ille hunc induret illum misereatur vt est sapientissimus q optimus dignissima causa aduocatur atq; aliter sentire impium est nisi illum absolute agere bene In prescientia autem non est antecedens nec vlla omnino iustitie et bonitatis causa Non enim sic dicit quare hoc prescisit sicut quare hoc vult Nos porro hoc querimus solum quonaz modo deus bonus est auferens arbitrij libertatem Auferret autem si non esset possibile aliter euenire q̄ prescitum est Nunc vero nullam necessitatem affert nec priuat nos libertate arbitrij:hūc indurans: illum miserans cum sapientissime ac sanctissime illud agat Cuius cause rationem in quodaz arcano quasi erario absconditam collocauit Neq; dissimulauerim quosdaz ausos hanc rationem inquirere dicentes:qui obdurantur et reprobantur eos fm iustitiam obdurari et reprobari.esse enim nos ex massa illa ob culpam primi parentis inquinata et vti luteam conuersa Nam vt multa transeaz et vno argumento respondeam Cur adam ipe factus ex materia coinquinata q ad peccandum conuersus est et vniuersam massam luteam sobolis sue fecit. Cur simile est illud factū angeloz quoz quidā misericordiā consecuti cum omnes ex eadem substantia essent:ex eadem massa: ex non polluta quos adhuc in natura substātie et qualitate vt antea permanere audacter direrim Neq; hos p electionem in materiā meliorem uersos:neq; p reprobationē illos in deteriorem:alteri quasi vasa in ministeriū mense diuine electi honoris gratia acceperūt:alteri vero existimari possunt.vasa q̄ ab oculis relegata qđ otumelioſi⁹ē q̄ si lutea foret:oñez obscenitatē columēq; suscipiūt Ideoq; flebilior illoz dānatio ē q̄ hoim Pl⁹ cū otumelie aurū accipit ex q̄ facti sunt angeli q̄ argentū ex q̄ facti sūt hoies si feditate impleat

Quare in adā nō est materia argētea immutata aut si mauis dicere lutea ꝫ eadē remānsit q̄ antea fuit. itaqꝫ qualis in eo fuit talis in nobis ē. An nō ait paulus ex eadem materia lutea fieri aliud quidez vas in honorē aliud in contumeliam Neqꝫ dicendum est vas honorificum ex inquinata materia factum. Sumus igit̄ vasa argentea malo dicere q̄ lutea: sumusqꝫ diu vasa contumelie. damnationis inquā et mortis et non obdurationis. Infuderat enim deus in nos ꝓpter preuaricationem primi parentis in quo omnes peccauimus penam mortis non culpam que venit ex obdurationē Ait idem paulus Ab adam vsqꝫ ad moisen regnauit mors etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinem preuaricationis ade Quod si per preuaricationem ade obdurati essemus certe per gratiam xp̄i liberati non amplius obduraremur quod ita non fit. plurimi enim ex nobis obdurantur. Quare omnes qui in christi morte baptisati sunt ab illo peccato originali et ab illa morte liberati sunt Sed eorum aliqui misericordiam consequūtur non sufficiente baptismo. aliqui non secus obdurantur q̄ adam et angeli obdurati sunt Respondeat igitur qui velit cur hunc induret et illius miseretur: et angelum potius q̄ hominem confiteor si modo hec angelis nota sunt: quod tamen non credo cum paulo quod vide quā tñ illi tribuā nota non fuit Quapropter si angeli qui semper faciez dei vident hec nesciunt que tandem nostra temeritas est omnino ea scire velle Sed antea q̄ per ozem⁹ aliquid de Boetio dicamus ¶ Anthonius ¶ Oportune de ipō fecisti mentionez quippe de illo mecum animo agebam qui se sperauit hoc scire et alios docere posse. non eadem via qua paulus sed eodem tamen tendens: ¶ Laurentius ¶ Nō modo plusq̄ sibi ofisus est et maiora suis viribus agressus est sed nec eodem tendit nec viam confecerat quam inierat ¶ Anthonius ¶ Cur ita? ¶ Laurētius ¶ Audies. Ihoc enim est quod ego dicere volebam Nam primū Paulus ait Non volentis est nec currentis hominis sed miserentis dei Boetius vero in tota disputatione colligit non quidem verbis sed re: non prouidentis dei sed volentis et currentis hominis Deinde non satis est disputare de prouidentia dei nisi etiam dicatur de voluntate qđ ne multa dicam ex facto tuo probari potest qui nō contentus prima questione explicata de proxima quoqꝫ querendum putasti Anthonius ¶ Cum penitus rationes tuas considero: verissimam sententiam de Boetio protulisti a qua ne ipe quidem appellare deberet ¶ Laurenti⁹ ¶ Et qđ cause putas fuisse vt hō xp̄ian⁹ a paulo descisceret. eiusqꝫ nunqꝫ meminerit. Cū in eadē materia quā ille tractauit vsaret atqꝫ adeo toto ope de dsolatiōe nulla vsqꝫ de religiōe nr̄a: nulla de p̄ceptis ad vitā

beatam perducentibus: nulla de xpo mentio ac pene significatio reperiat
Anthoni⁹ Opinor q̄ vehementior admirator philosophie fuit Laurentius Optime opinaris ac potius intelligis. nam existimo nullum vehementiorem philosophie admiratorem posse deo placere. Ideoq; boeti⁹ aquilonē pro austro sequens classem oneratā vino non portum patrie inuexit sed in barbaras oras atq; in peregrina litora impegit Anthoni⁹: Probas mihi omnia que dicis Laurentius Ad perorationē igitur veniam⁹: aliquo modo finem faciamus. Cū tibi de prescientia de voluntate dei de Boetio querenti vt reor satisfecerim: hoc quod reliquū est exhortandi non dicendi gratia dicam Anthonius Age vero nunq; exhortatio non opportuna aut inutilis fuit quaz libenter tibi cū a ceteris tum ab amicissimis ac grauissimis qualem te semper putaui accipere soleo Laurentius Ego quidem nō te solum sed ceteros qui hic adsunt et me in primis adhortabor. Q̄ dicebam aūt causam diuine voluntatis qua alterū induraret alterius miseretur. nec hominibus nec angelis cognitam esse q̄ si ergo ꝓpter hui⁹ rei ignorationē et multarū quoq; aliaꝝ a charitate dei angeli nō refugescunt a ministerij ordine nō recedūt beatitudinē suā ꝓterea imminui nō putant. Nos ob hanc ipaz causam a fide: a spe: a charitate decidem⁹ et quasi ab imperatore desistem⁹. Etsi sapientib⁹ viris etiā sine ratione ꝓpter auctoritatē fidem habem⁹. xpo qui est dei virtus et dei sapientia nō habebim⁹? Qui ait se omnes saluos velle et mortē nolle peccatoris sed magis vt conuertat et viuat. Etsi bonis hominibus pecuniaz sine chyrographo credim⁹. a xpo in quo dolus inuent⁹ nō est cirographū postulabim⁹ Etsi amicis vitam omittim⁹. xpo omittere nō audebim⁹? Qui ꝓ nostra salute vitam carnis et mortē crucis accepit. Nescim⁹ hui⁹ rei causaz quid refert? Fide stam⁹ non ꝓbabilitate rationum. Scire hoc multum ad corroborationem fidei faceret plus humilitas ait Apostolus. Nō alta sapientes sed humilibus osentientes. scientia diuinoꝝ vtilis est: vtilior charitas Dicit cm̄ idem apostolus. scientia inflat: charitas aūt edificat. Et ne de scientia humanoꝝ tm̄ dici putes ait. q̄ ne magnitudo reuelationū extollat me datus est mihi stimulus carnis Nolim⁹ altū sapere sed timeam⁹ ne simus similes qui dicentes se sapientes stulti facti sunt qui ne aliquid ignorare viderent de om̄ib⁹ disputabant apponentes os suū in celū atq; illud scandere ne dicā rescindere volentes quasi superbi ac temerarij gigātes a potēti brachio dei in terrā ꝑcipitati sūt atq; i inferno vt tiphe⁹i sicilia cō sepulti q̄ꝝ in ꝑmis fuit aristoteles in q̄ de⁹ optim⁹ maxim⁹ maximā supbiā ac temeritatē tū ipi⁹ aristotelis tū ipoꝝ pboꝝ patefecit atz adeo dānauit

Nam cum non posset euripi naturam inuestigare se in profundū illius pre cipitans demersus est:prius tamen testatus elogio greco

Hoc est quoniaz

Aristoteles non cepit euripum:euripus capiet aristotelem.quo quid superbius aut furiosius aut quomodo potuit deus ingenium illius ceterorūqz similiū magis aperto iudicio odemnare qz vt permitteret illum ex scientie immoderata cupiditate in rabiem verti:et mortē ipaz sibi consciscere mortem inquā vel fediorē qz sceleratissimi Jude:Fugiamus igitur cupiditatē alta sapiendi humilibus potius consentientes. Christiani nanqz hominis nihil magis interest qz sentire humiliter. hoc cū modo magnificentius de deo sentimus Unde scriptum est.Superbis deus resistit:humilibus autez dat gratiam.Hanc vt adipisci possim de ista questione quod ad me attinet amplius curiosus non ero ne maiestatem dei vestigans obscurer a lumine quod item spero tu facies.Hec habui pro exhortatione que dicerem que feci nota vt te et istos animarem qz vt mei animi persuasionem ostenderem ¶Anthonius ¶Ista vero exhortatio et animū tuū optime persuasum ostendit.et nostros vt pro alijs respondeam vehementissime animauit.Ceterum hanc disputationem quam inter nos habuimus:nonne mandabis litteris et in omentarium rediges? ¶Laurentius ¶Probe admones. Faciamus huius rei ceteros iudices.si bona est participes. Et ante omnia ad episcopum Lerdensem disputationem hanc scriptam vt ais in cōmentarium redactam mittamus.cuius iudicio nullum noui quod anteponere audeam et quo vno probante aliorum reprobationes nō formidē plus enim huic qz anthimachus platoni aut.M.Tullius Catboni tribuo. ¶Anthonius ¶Nihil rectius dicere potes. Et hoc queso qz primū efficias ¶Laurentius Ita fiet

¶Laurentij vallensis oratoris disertissimi:ornatissimus de libero arbitrio dialogus Per me Johannem koelhoff de Lubeck Ciuem Colonie accuratissime Impressus Anno gre.M.cccc.lxxxij.die vero.xix.mensis Maij feliciter explicit

Alique abbreuiatiões Romanoꝝ more q̄ plurimū in autenticis libris offendūtur. quas quidem vt scire opere pretiū et necessarium est sic ignorare turpissimum:

A. Aulus. C. Caius. debet autem per. g. proferri. D. Decius. F. Fuluius. aliq̄s/ed frequenti⁹ filius. Diungitur aūt oportuni⁹ cū alia precedenti littera: vt. A. F. Auli filius. C. F. Caī filius. et sic de reliquis. K L. kalende. Notandū aūt ē p̄cedens et dsequens in oratione vt casus occurrēt vt sic. kl. nouembris tunc significatur kalendis. et sic de reliquis oīb⁹ vt A cerbonū. tunc aulum significabit. L. Lucius. M. Marcus. P. Publius. Q. Quint⁹. T. Titus. Ti. Tiberius. pp pater patric. Pon pontifex. P. C. patres dscripti. S C. senat⁹ dsultū. R. P. respublica. P. R. popul⁹ roman⁹. Gn. Gneus P. R. pretor. P. r. r. pretores. Ques. questor. Quest. questores. Cons. consul Conss. consules. Imp. imperator. Impp. impatores. TR. tribun⁹ plebis. TRR. tribuni plebis. Ser. sextus. Ses. sestius. D R Drusus. Ser. seruius Sp. spurius CL. Claudius. Caes Cesar. Aug. Augustus. Pro. c. pcōsul Pro. q. pquestor. Propr. ppretor. Des. designat⁹. TRM. tribun⁹ militum Ju. op. ma. Jupiter optim⁹ maxim⁹ ¶ Sunt et alia breuiationū rhomanorum genera. sed non vtiq̄ in litteris habent autēticis: nisi forte in scissuris lapidū. tabellaꝝ. numismatum: que non tm̄ necessaria sūt cognitu. S. B. F Sacrū bñmeriti fecit. P. R. E post reges eractos. E. R. eques rhoman⁹. S. M L. socij nominis latini. Col. Colonia vel Colonarij. Mu municeps vel municipiū. L. J. lex iulia. V. B. D. viri boni arbitratu. S. V. L. Q. sibi: vxori: liberoq̄. Et huiusmodi multa:

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

LAURENTIUS

VALLA

ETC.

COLONIAE

1482